6
14-e
27

Digitized by Google

1340

Digitized by Google

Digitized by Google

QUINTI CALABRI
PRÆTERMISSORUM
AB
HOMERO
LIBRI XIV. GRÆCE,
CUM VERSIONE LATINA ET INTEGRIS
EMENDATIONIBUS
LAURENTII RHODOMANNI;
ET ADNOTAMENTIS SELECTIS
CLAUDII DAUSQUEJI;
CURANTE
JOANNE CORNELIO DE PAUW,
QUI SUAS ETIAM EMENDATIONES ADDIDIT.



LUGDUNI BATAVORUM,
Apud JOANNEM VAN ABCOUDE.

MDCCXXXIV.

BIBLIOTECA NAZ.

Digitized by Google

Digitized by Google

NOBILISSIMO ET AMPLISSIMO

VIRO

GULIELMO KLERCK,

CIVITATIS WAGENINGÆ CONSULI, DUCATUS GELRIÆ ET COMITATUS ZUTPHANIÆ IN SUPREMA CURIA GRAPHIARIO,

S. P. D.

JOANNES CORNELIUS DE PAUW.

CUr Quintum Calabrum, Poëtam Græcum, illuſtri nomini tuo inſcribam, non mirabuntur ſane illi, qui te norunt, & ne alii, qui vel nunc

Digitized by Google

ſunt, vel poſtea erunt, mirari queant, dicam liquido & vere; inter omnes, qui Literas Græcas hodie vel publice vel private excolunt, paucos oppido reperiri, qui eas melius, quam tu, intelligant, ſibique reddiderint magis familiares. Optimos videlicet quoſque Auctores Græcos non modo ab ineunte ætate lectitaſti, ſed etiam dicta eorum præcipua memoriæ, quæ tibi feliciſſima obtigit, ita infixiſti, ut illa, ubi tempus & ratio poſtulant, recitare poſſis ea facilitate, ac ſi vernacula eſſent & domeſtica. Atque hoc cum eximium revera ſit, non minus eximia profecto eſt ſuavitas mo-

Digitized by Google

morum & ingenii, quæ ad illam Eruditionis tuæ præſtantiam accedit, & vi ſua innata effecit, ut eodem tempore, quo Muſis pectus tuum aperuiſti, in id una cum illis involaverint ſuaviſſimæ Charites, non injuria ratæ, nullibi in earum conſortio ſibi melius & jucundius eſſe poſſe. Iſta vero eximia cum aperte in te elucerent, ſimulac primus amicitiæ tuæ mihi conceſſus fuit uſus, & dein magis ac magis ſubinde ſeſe exererent; ita hercule cepe-runt animum meum, ut inter omnes Eruditos ſit nemo, quem nunc ego pluris, quam te, faciam: Quod cum libenter privatim tibi declaravi ſæpe, nunc

publice hac occaſione tibi declarare non poſſum non libentiſſime, ut quod pauci ſciverunt hactenus, mox omnes ſciant, & ſic meo in te animo ſatisfaciam. Alia, quæ in laudem tuam plurima dici poſſent, prætermitto, & cum ad curam Gelrorum rei publicæ præcipue ſpectent, omnes & ſinguli, qui in ea hodie vivunt, probe tenent, nec eorum ſeri ignorabunt poſteri: Ea, quæ me totum devinxerunt tibi, commemoraſſe ſufficit. Neque verbum de illis addam, ne vis fiat modeſtiæ tuæ, & ipſe ab ingenio meo recedam, quod vere candidum & ingenuum, ut noſti, a verborum lenociniis

Digitized by Google

niis alieniſſimum eſt, & laudationes inſanas non invidet futiliſſimo aſſentantium choro. Vale, Vir Præſtantiſſime, & ut hactenus me amaſti, ita me amare perge. Dabam Trajecti ad Rhenum Non. Januar. MDCCXXXIV.

LECTORI

ΦΙΛΕΛΛΗΝΙ.

Novam Quinti Calabri editionem, quæ ſatis nitida & ſatis correcta eſt, hic habes. Eum multis mendis inquinatum primus Venetiis edidit Aldus: quem Baſileæ ſecutus Freigius, mendorum numerum non minuit, ſed auxit. Inde ad tertiam editionem animum applicuit Rhodomannus, in qua multa quidem emendata, ſed multa etiam denuo ſunt perperam poſita: Secutus autem eſt ille editionem Baſileenſem, quod miror, & Aldinam non vidit, ſed ſolas lectiones variantes ex ea deſcriptas habuit; quo factum, ut dum minus ſedulo inſtituta eſſet collatio, in multis vel hæſerit, vel aliam lectionem commentus ſit, quam quæ apud Aldum extabat, ſyncera & proba: Id videbis ex Notulis noſtris. Ubique enim ipſam Aldinam conſuluimus, & quæ in ea probe excuſa erant, reduximus & probavimus. Notas quod attinet, Emendationes Rhodomanni dedimus integras, idque uno tenore, ſumtis ex Addendis & Corrigendis omnibus illis, quæ Vir Eruditus poſtea vel addidit, vel correxit. Ex

Daus-

PRÆFATIO.

Dausqueji autem Adnotamentis non deſcripſimus, niſi ea, quæ ad verborum correctionem pertinent, omisſis paucis, quæ adeo inepta erant, ut ratio eorum haberi poſſet nulla: Infelicisſime enim ille in Quinto Calabro verſatus fuit, & in ipſis illis, quæ excerpſi, tot ineptiarum edidit ſpecimina, ut neſciam, ubi ad animum malevolum, quo Rhodomannum proſecutus eſt, attendo, vicem hominis dolere, an ei ſuccenſere debeam. In Notis noſtris brevitati conſuluimus, ne opus nimium creſceret, & nihil tamen prætermiſimus, quod ad Auctorem intelligendum aliquid conferre poſſet, adeo ut in Calabro, ſi a mutilatis, quæ Libros meliores exſpectant, recedas, nunc nihil fere ſit, in quo merito hærere potes. Aſſervantur in Bibliotheca Lugduno-Batava duo Aldina hujus Poëtæ exemplaria, in quorum uno Sylburgius multa, in altero Falkenburgius pauca oppido manu ſua notaverant: Ea inſpexi, & cum Sylburgiana ita comparata eſſent, ut Viri Diligentiſſimi eruditionem nequaquam exprimerent, Falkenburgiana autem ipſo numero ſuo exiguo vel occupata, vel rectius tradita eſſent ab aliis, ea in hanc editionem noſtram inſerere nolui, & ſibi relinquenda eſſe duxi. Communicavit etiam mecum Vir Cl. Sigebertus Haverkamp aliud exemplar Aldinum, in quo emendationes Joſephi Scaligeri

ri a Libro Primo ad Verſum CCIII. Libri Quarti, ex ipſius Scaligeri codice deſcripſerat: quæ cum numero plures, & Sylburgianis longe eſſent meliores, ex illis excerpſi, & ad calcem Libri, ſerius enim mihi innotuerunt, eas exhibui, quæ ab aliis non erant proditæ, ut ne cum moleſtia tua eædem bis terve recurrerent. Exſpectas, credo, Lector, ut de ipſo Auctore nunc pluſculis tecum agam: Sed id fruſtra certe exſpectas, ubi de eo non niſi perpauca ſuppetunt mihi. Accipe ea: Smyrnæus, an Calaber, fuerit Quintus, ignoro: Et fors neque Smyrnæus fuit, neque Calaber, ſed alibi lucem adſpexit primum. Qui ex loco notiſſimo Libri XII. Smyrnæum fuiſſe, & non procul ab Urbe Scholam habuiſſe ſcribunt, conjectura nituntur admodum levi: Id certum, & ab aliis recte jam obſervatum. Vixiſſe eum Seculo quinto poſt Chriſtum natum Rhodomannus ex ſtylo ſatis probabiliter colligit: qui Scholaſticus ſane & elumbis: Adeo ſcilicet verboſus eſt Quintus, ut ſi ocioſa & ſuperflua tollas, pars tertia fere Operi decedet. Multa etiam in eo, vel nimis flaccida & depreſſa, vel nimis tumida & elata: Et hoc Seculi vitio adſcribendum, quo Studia jam multum decreverant, & Poëſis verum ac genuinum colorem amiſerat: Docti ſciunt; quibus hæc ſcribo, non indoctis: inter quos ſine dubio ille, qui

nuper

nuper ſubodorari non potuit, ea, quibus Philen ex Libro Anglicano auximus, non ab ipſo Phile, ſed alio quopiam conſcripta eſſe poſt Philen: Homo bellus, cujus deliramenta bella mihi fuerunt oblectamento. Viſne, Lector, aliquid vere egregium? Opuſculum Philæ de *Animalium Proprietate*, quod cum omnibus Viris Eruditis ſcriptum putas Seculo tertiodecimo exeunte, vel Seculo quartodecimo ineunte, Χρονολόγος ille novus ad finem Seculi quartidecimi, vel initium quintidecimi refert, & integrum fere Seculum ſtatuit recentius. Unde illud, rogabis: Dicam: *Manuel* prænomen Philæ notiſſimum tenes: in eo ita defixa fuit Viri Perſpicaciſſimi diligentia, ut pro Imperatore *Michaele Palæologo Juniore*, cui Jambos ſuos dicavit Auctor, quique imperare cœpit Anno MCCLXXXXV, & mortuus eſt Anno MCCCXX, ſumſerit bono animo Imperatorem *Manuelem Palæologum NB. Juniorem*, qui ad imperium accesſit A. MCCCLXXXIV, ut ille ſcribit, vel A. MCCCLXXXVII, ut alii ſcribunt, & diem obiit ſupremum A. MCCCCXXI, vel MCCCCXXIV. Quid ais? Hoc adeo egregium, ut nihil revera magis. *Euge*, *Sophos*, *Euge*, *Sophos* igitur acclama Delicatulo voce benigna ac læta: Sic gratiam ab eo inibis, & *dapibus Siculis* te laute & magnifice excipiet brevi. Vale

RHO-

RHODOMANNUS

IN

PRÆFATIONE.

DE Poëta igitur quid dicamus? Hujus præter unum atque alterum e Græcis, & quidem recentioribus, nemo in ſcriptis ſuis mentionem facit; aut ſi qui fecerunt, horum tamen monumenta noſtros hucuſque oculos ſubterfugerunt. Mira hæc atque inſolens in Poëtam longe præſtantiſſimum fortunæ iniquitas videatur, ſi non eidem quoque ſorti ipſum nobis Homerum, præceptorem ejus, obnoxium Deus feciſſet. Cujus, præter ſolum nomen & poëſin, quid certi habet tota exinde ad hodiernum uſque diem poſteritas? At huic noſtro ne quidem nomen remanſit ſalvum. Plerique enim omnes vulgo *Quintum Calabrum* appellant, quaſi Latinus, non Græcus natione fuerit, ideoque Latina, non Græca pronunciandi forma nominari debeat. Feliciter autem evenit, quod cum tota ejus vita ignorantiæ tenebris involuta ſit, patria tamen ſola vindiciis inde aſſerta eſt. Nam Libro XII. & hanc & vitæ quodam modo genus exprimit, ubi ſe Muſarum ovibus paſcendis Smyrnæ operam dediſſe profitetur. *Coïnti* ergo *Smyrnæi* nomen ei, poſtliminii quaſi jure, vindicemus: uti & nobis in hac editione nuncupatur, non rejecta interim & damnata prorſum vulgari & ſuppoſititia Calabri appellatione; indita ei * ab Italiæ in-

† Unde id reſcivit Vir Doctus? In vita Coluthi, ab Aldo ejus Poëmati præfixa, eſt: τοῦτο ἐπιγέγραπται καὶ τὸ παρὸν ποίημα,

inferioris regione, in qua Beſſarion Cardinalis (unus ex Literaturæ Græcæ inſtauratoribus per Italiam) poëma hoc reperit, depoſitum in templo D. Nicolai extra Hydruntem, maritimum Calabriæ oppidum; ut eſt in vita Coluthi, ſuaviſſimi poëtæ. * * Etſi igitur de ætate ejus nihil certi nobis conſtat, floruiſſe tamen virum ſub Monarchia Romana, jam maximam orbis terrarum partem ditione ſua complexa, ut conjiciam me adducit, quod oraculum Calchantis Lib. XIII. de poſteritate Æneæ, tam evidens eſt, ut non divinatorem futuræ, ſed ſpectatorem præſentis Romanorum potentiæ poëtam agere, liquido appareat. Tum quod venationis, Romanis quondam Imperatoribus uſitatiſſimæ (ubi homines cum beluis in Circo, ſeu arena Theatri, ad triſtiſſimum dimicationis ſpectaculum committebant) Lib. VI. meminit. Præterea Character ipſe Carminis γραμματικώτερον elaboratus oſtendit, cum Coluthi (qui ad quintum Chriſti nati ſeculum poëma lepidiſſimum de Helenes raptu conſcripſit) aliorumque illa ætate vigentium, æqualem aut vicinum fuiſſe. Enimvero ſi dictionem Coïnti, Coluthi, Tryphiodori, Muſæi, (illum dico, qui Leandri Herusque amores cecinit) & Nonni, ad examen Criticum vocaris, ſimillimam & fere eandem ſermonis ideam ſtructuræque rationem deprehendes: unde ætate quoque propinquos inter ſe fuiſſe ratiocineris. * * Cæterum ex indicio illo, quod de ſe ipſe facit, Muſarum oves in liberali Smyrnæ horto ſe

μαι, Ελένης ἁρπαγὴ, ἐν Απουλίᾳ σύνηθες, καὶ γνώριμον, ὅτι καὶ ἡ ποίησις Ὁμηρικὴ Κοΐντου πρῶτον εὑρηται ἐν τῷ ναῷ Ἁγίου Νικολάου τῶν Κασσούλων ἔξω Ὑδροντος· ὁ ἀνασωσας ὁ Ἅγιος Βησσαρίων ὁ Νικαίας Καρδινάλις Θουσκουλάνος, τοῖς βουλομένοις ἐκοίνωσε· καὶ τοῦτο δὲ ἀπόκρυφον γεγονὸς, νῦν κοινὸν ἔσαι. & nihil aliud. Notandum vero illud ἐν Απουλίᾳ: Nam id minus certe commendat *Calabriam* eo appellationis intuitu.

ſe paviſſe teſtatus; Scholam in Joniæ littore iſto nec infrequentem nec incelebrem habuiſſe poëtam noſtrum, colligere eſt. Nec triviale magiſterium id fuiſſe apparet inde, quod oves ſuas, id eſt diſcipulos, nobiles ſeu fama illuſtres, † περίκλυτα Epitheto ſatis emphatico, appellat: unde ſi divinare licet, id tandem elicimus, Coïntum fuiſſe ex profeſſione illorum, quos Sophiſtas; id eſt philoſophiæ & eloquentiæ magiſtros, Grammaticos, qui poëtarum interpretes erant, & juventutis ſcholaſticæ doctores; florens adhuc Græcia indigetabat. Quid enim aliud per Muſarum hortum & oves, præter quam Scholam, & diſcipulos in ea doctrinæ & eloquentiæ ſtudiis addictos, intelligi exiſtimemus?

† Hodie in agro Smyrnæo oves cauda & pinguedine ſunt eximiæ, ut teſtis eſt Whelerus in Itinerario. Si ætate Quinti ſimiles ibi extiterint, per περίκλυτα μῆλα ipſas Smyrnæas intelligere potes, quæ jure dominli ad templum Dianæ pertinebant. Vide locum & quæ illic noto.

DAUSQUEJUS

IN

ADNOTAMENTORUM PRINCIPIO.

VEterum Scriptorum nomina nothis expungere, ecquid aliud eſt, per Deum immortalem, quam vita functorum umbras ſtylo perſequi, quando eas ferro diverberare non licet? Gellium, Florum, Feneſtellam nullum nobis réliquum fecit ſcripturientium prurigo. Mittamus hos: De *Q. Calabro* indicio experiamur. *Quintum Calabrum* elimi-

eliminant: *Coïntum Smyrnæum* inliminant. Quo consilio? quibus indiciis? qua veterum fide? Ad Smyrnam pavit oves, clamant, & hoc verſus ipſius clamant. Ita Parrhaſius, Rhodomannus, alii. Quid poſtea? Nemo igitur homo alibi natus Smyrnæ paſcere potuit, aut etiam, ſi diis placet, ævum agere? Alemanni, quotquot in Belgio bellabantur olim, Belgæ erant? Macedones in Illyria fuere Illyrii? in Thracia Thraces? in Perſide Perſæ? in India Indi, Macedones? Pari ergo delirio quisquis ab Africa Romam venit, Romanus fuit; Afer non fuit. Una eademque ratione conſulatus Q. Balbo mandatus eſt, non Gaditano, non extraneo; ſed viro Romano, ſed Italo: Romæ namque id honoris geſſit. Dicant, & doceant eadem opera Calabro nulli viſam Smyrnam, aut Smyrnæ paſcuales agros. Sed quid ſi contra pertendero ruſticanæ rei peritiſſimos fuiſſe Calabros, & invulgata peritiæ opinione, accitos e Calabria, qui ad Smyrnam ruraretur, & paſcerent, ut olim e Syris, & Getis lecti ſunt ſervi? Hoc eſſe potuit: illud fuit. Silius Italicus:

Cum Calabros urunt ad pinguia pabula ſaltus.

Flaccus Argonaut. Venuſinus vates *Calabri hoſpitis pyra* commemorando laudat, Lib. 3. —— *Calabris redit armentarius arvis*, Horatius Lib. I. Od. 31. *Non æſtuoſa grata Calabriæ Armenta* —— Idem Venuſin. Columella oves numerat generis eximii *Mileſias*, *Calabras*, *Appulasque*. Quid tandem vetat poëtam noſtrum *Q. Calabrum* eſſe, ac dici; eſto ad Smyrnam oves paverit? Sed Smyrnæus eſto, Aſianus eſto, Græcus eſto: unde illi prænomen e Latio petitum? Hoc ut ἑτεροδοξοῦντες obtegant, *Coïntum* volunt, *Quintum* ſcribi gravantur. Belliſſime nugantur. Q. Fla-

Flaminium Plutarchus Κόϊντον Φλαμίνιον ſcribit, nec usquam aliter: Appianus in Civilibus Κόϊντον Οὐαλέριον, Κόϊντον Κεπίωνα; vulgo *Quintum* Valerium, *Quintum* Cepiona, aut pro eodem literam Q. ponunt. Κόϊντον Græci in omni hiſtoria Romana repoſuerunt, ubi Latini *Quintum* poſuerant. Inane ut ſit tam diuturno uſu corroboratam ſcribendi rationem convellere, & Latinis auribus *Koïntum* inſolenter obtrudere; a me eſt doctiſſimus vir Pierius in ſeptimam Æneadem. Verum καινοτομοῦσι κενεμβατεῖν ſolemne eſt. Ex iis non nemo tamen blandiloquentia futili mundo molitur impoſturam facere. Rejicere ſe aut damnare vulgatam *Calabri* appellationem negitat, & ſuppoſititiam vociferatur. Euge vero. Suppoſititia eſt appellatio: rejicere igitur, aut ἀβελίζειν quid trepidas, o iſte, quisquis es? Non animadvertis ſecum valide pugnare, ſuppoſititiam appellationem, &, non rejiciendam, neque damnandam? Damno, & rejicio, quæ ſuppoſititia duco, & mecum alii: tu quid?

KOIN-

ΚΟΙΝΤΟΣ ΚΑΛΑΒΡΟΣ.

ΚΟΙΝΤΟΥ ΚΑΛΑΒΡΟΥ

ΠΑΡΑΛΕΙΠΟΜΕΝΩΝ ΟΜΗΡΩ

ΒΙΒΛΙΟΝ ΠΡΩΤΟΝ.

Ἔνθ' ὑπὸ Πηλείωνι δάμη θεοείκελος Ἕκτωρ,
Καὶ ἑ πυρὰ κατέδαψε, καὶ ὀστέα πάντα κέκαυται,
Δὴ τότε Τρῶες ἔμιμνον ἀνὰ Πριάμου πολίηθρον,
Δειδιότες μένος ἠὺ θρασύφρονος Αἰακίδαο·
Ἠΰτ' ἐνὶ ξυλόχοισι βόες βλοσυροῖο λέοντος
Ἐλθέμεν οὐκ ἐθέλουσιν ἐναντίαι, ἀλλὰ φέβονται
Ἰλαδὸν πλώσσουσαι, καὶ ἀνὰ ῥώπηια πυκνά.

Ως

2. *Καί ἑ πυρὰ κατέδαψε, καὶ ὀστέα πάντα κέκαυται*] Legendum videtur *κέκαυτο*. *Rhodomannus*. Intecta igitur Achillis ossa sine honore jacebant? Scio lectos cineres. Ovid. Metam.

—— *De tam magno restat Achille*
Nescio quid, parvam quod non bene compleat urnam.

Lectio cinerum fuerit, non ossium etiam, aut ossilegium?

—— *Quis enim rogus abstulit ossa?*

Lucanus. *Lecta* Achillis ossa, immo & *tecta*, ut quæ Corynæus legerat, Æneid. 6. Ad eundem plane modum Homeri verbis Iliad. Ω.

Οσία πάντα λίγοντο κατίγνητοι ἑταῖροι,
Καὶ τάγε χρυσείῃσι λάρνακι θῆκαι ἐλόντες.

Excusa versio Q. Calabri veterum rituum intelligenti obstrepit: *Et omnia ejus ossa in cineres considerant*, cum de cineribus ne γε῀ quidem Calaber. Dictum oportuit *Et omnia ossa usta*: Unde *Ustrina* huic supremo officio: non absumpta, non in cinerem versa, quæ passim legi condique sueta. Quare lubens volensque reposuerim:

—— *Οσία πάντα κέκαυθε.*

se-

QUINTI CALABRI
PRÆTERMISSORUM AB HOMERO
LIBER PRIMUS.

POSTQUAM ab Achille Pelei nato Hector, vir
Dei instar habens, superatus erat,
Rogusque illum absumpserat, & omnia ejus
ossa in cineres consederant:
Trojani deinceps se in urbe Priami continebant,
Præstans Æacidæ animosi robur pertimescentes.
Ut enim boves in saltu truci Leoni
Obviam venire detrectant, sed gregatim
Per densa virgulta pavitantes fugiunt:

Sic

secutus anteriore loco Iliadem Ω. Calabermet Lib. 7. de Machaonis ossibus scribit:

——— Σῶμα δ' ἄιστον
Πῦρ ἐλοὶν κατέδαψε, καὶ ὀστέα δέξατο γαῖα.

Κίκιυθι vero καθητικῶς usu venire indubitatum est: Sophocles Antigone: Μητρὸς δ' ἐν Ἅιδου, καὶ πατρὸς κίκιυθότοιν. Nec alienum a Calabro, Lib. 12.— γνῶναι, εἴτι κίκιυθεν, *si quid lateat*. Eodem loco: —Ὁ γὰρ μέγα πῆμα κίκιυθεν: ut Virgilio *latet error*, ita hic *noxa*. Eapropter κίκαυτο pro κίκασται reponi, per mihi ridiculum videtur. *Dausquejus*. Vitium recte vidit, sed non recte sustulit Dausquejus: Nam κίκιυθι absolute & ista forma, hic ambiguum & incongruum est: *ossa omnia occultavit: ossa omnia latuerunt*: An hoc sepulturam indicat? Cras credam, non hodie: Antequam ossa erant lecta, jam latitabant inter cineres. Aliud requiritur: Legendum arbitror,

— Καὶ ὀστέα πάντα τίθαπται.

Id perspicuum, neque longe petitum, si scripturam implicitam consideres propius. Errorem Dausqueji satis putidum de Achille pro Hectore, &c. prætereo lubens. *Pauw*.

7 Ἰλαδὶν πιφύσονται, καὶ ἀνὰ μαχάϊα γυνιὰ] Scribe Ἰλαδὶς, &

Ως οἱ ἀνὰ πλολίεθρον ὑπέτρεσαν ὄμβριμον ἄνδρα,
Μνησάμενοι προτέρων, ὁπόσων ἀπέλαμνε χάρηνα,
Θύων Ἰδαίοιο περὶ προχοῇσι Σκαμάνδρου.
Ἡδ' ὅσους Φεύγοντας ὑπαὶ μέγα τεῖχος ὄλεσσεν,
Ἐκτορέη δ' ὡς ἐδάμασσε, καὶ ἦμαρ ἔφυσσε πόληων,
Ἄλλους δ' οὓς ἐδάιξε δι' ἀκαμάτοιο θαλάσσης,
Ὁππότε δὴ ταπρωτα φέρε Γραίεσσιν ὄλεθρον·
Τῶν ὄιγε μνησθέντες, ἀνὰ πλολίεθρον ἐμιμνον·
Ἀμφὶ δ' ἄρα σφίσι πένθος ἀνηρὸν *
Ὡς ἤδη στονόεντι καταιθομένης πυρὶ Τροίης.
Καὶ τότε Θερμώδοντος ἀπ' εὐρυπόροιο ῥοάων,
Ἦλυθε Πενθεσίλεια θεῶν ἐπιειμένη εἴδος,
Ἄμφω, καὶ στονόεντος ἐελδομένη πολέμοιο,
Καὶ μέγα αἰδομένη στυγερὴν καὶ ἀεικέα φήμην,
Μή τις ἐὼν κατὰ δῆμον ἐλεγχείῃσι χαλέψῃ

Ἀμ-

καὶ ante ἀνὰ dele. *Rhod.* An forte in Libris quibuſdam pro ἀνὰ perperam ſcriptum erat κατὰ, indeque ortum eſt καί? Scis, quoties καὶ & κατὰ commutantur a Scribis. *Pauw.*

11. Ἡδ' ὅσους: Ἡδ' ὅσσους. *Rhod.*

12. καὶ ἦμαρ ἔφυσσε πόληων] Propter Metaphoram duriorem hunc locum habeo ſuſpectum. Quid ſi legatur, καὶ ἀμφ' ἴφθιμα πόληϊ, *ſit circa urbem traxiſſet*, vel quod malim, καὶ ἦμαρ ἐφύσσε πόληας. *Et urbes devaſtaſſet?* Hanc germanam eſſe lectionem, omnino perſuaſum habeo. *Rhod.* Everſus ab Achille civitates loquitur per omnes Troados biduitri mora: Id porro eſt *civitatium diem trahere* ſeu *contrahere*; utpote quæ fatis ſinentibus diutius absque vi, absque injuria ſuperſtites fuiſſent. Ita notant de fato urbis Cenſorinus Libr. de Die Natal. M. Tullius Libr. 2. de divinat. qui Tarutium Firmanum refert urbis Romæ fata canere non dubitaſſe. Nec cauſæ ſatis eſt, cur ſuam exoſculetur correctionem Rhodomannus ἦμαυρώσε πόλεας. *Dausq.* Aliter de hoc loco Rhodomannus, aliter Dausquejus, ut vides: Neuter bene, ſed pejus tamen hic, quam ille: Id animadvertunt omnes, qui Græce ſciunt: Dicam, quod res eſt: ἴφθιμος ſine dubio reſpicit Hectorem ab Achille tractum circa mœnia Urbis patriæ: Quare legendum eſt, καὶ ἦμαρ ἴφθιμος πόληος: ἦμαρ πόληος de ipſo Hectore dicitur, qui *lux, vita, ſalus*

Sic illi intra urbis mœnia fortis viri impetum ſubterfugiebant;
Memores priorum, quam multis capita amputaverit,
Dum circa Idæi Scamandri ripas graſſatur;
Et quot, ſub vaſtis Trojæ mœnibus in fugam actos, dederit exitio;
Hectoremque ut vicerit, & lucem urbis Trojanæ raptârit;
Alios etiam per mare inquietum inſulas habitantes ut bello ſubegerit,
Cum initio Trojanis exitium afferret.
Horum illi recordati in urbe permanebant.
Interim tam triſtis inter eos luctus exortus erat,
Ac ſi jam lamentabili Troja incendio conflagraret.
Tum demum a lativagi Thermodontis amne
Pentheſilea, mulier Dearum præferens ſpeciem, advenit,
Bifariam affecta. Nam & luctifici belli cupido eam inceſſerat,
Et odioſæ turpisque famæ pudebat, verentem
Ne qua in gente ſua probris ipſam deformaret

Ob

ſalus urbis & civium: Metaphora eſt ſatis frequens apud Auctores utriusque Linguæ: Ipſe Calaber de Briſeide Achillem delamentante Lib. 3. vſ. 561.

— *ἰκὲ σὺ μοι ἰερὸν ἦμαρ,*
Καὶ φάος ἠελίοιο πίλες, καὶ μείλιχος αἰὼν.

Virgilius de Hectore Lib. 2. Æneid. vſ. 281.

O lux Dardaniæ, ſpes o fidiſſima Teucrum,
Quæ tantæ tenuere moræ? quibus Hector ab oris
Expectate venis?

Ubi Servius: *O lux Dardaniæ. Quaſi dies noſter, per quem certi eramus de luce, id eſt, de vita, tanquam occiſo Hectore omnes ſe extinctos credant.* Alia cumulare nolo. *Pauw.*

13. Ἀλλως δ' ὡς] Ἀλλως δ', ὡς. *Rhod.* Recte. *Pauw.*

16. πένθος ἀμηχὲν *] Verſum ita ſuppleo, μάλ' ἐρώῃι, vel πιπόσηιο. *Rhod.* Explet Brodæus, μίγ' ἐρώῃι: Ego ne ſim Aſymbolos, τότ' ἐρώῃι: pulcherrime enim connectitur, Ως ἤδη γενόωντι &c. *Dausq.*

20. καὶ γενέωντος ἐιλδομένη πολίμοιο] γενόωντι Verſu abhinc tertio præceſſit: Eadem Epithieta ſic ubique ingerit Quintus: Videbimus. *Pauw.*

22. Μή τις ἰὼν κατὰ δῆμον &c.] An plenius forte legendum, Μή τις ἰ ὼν κατὰ δῆμον &c? *Pauw.*

Ἀμφὶ κασιγνήτης, ἧς εἵνεκα πένθος ἄεξεν,
Ἱππολύτης· τὴν γὰρ ῥὰ κατέκτανε δουρὶ κραταιῷ,
Οὐ μὲν δὴ τό γ' ἑκοῦσα, τιτυσκομένη δ' ἐλάφοιο.
Τ'ὔνεκ' ἄρα Τροίης ἐριχύδεος ἵκετο γαῖαν.
Πρὸς δ' ἔτι οἱ τόδε θυμὸς ἀρήϊος ὡρμαίνεσκεν,
Ὅφρα καθημαμένη περὶ λύματα λυγρὰ φόνοιο,
Σμερδαλέας θυέεσσιν Ἐριννύας ἱλάσηται,
Αἵ οἱ ἀδελφειῆς κεχολωμέναι αὐτίχ' ἕσποντο
Ἀφραστοι· κεῖναι γὰρ ἀεὶ περὶ ποσσὶν ἀλιτρῶν
Στρωφῶντ', οὐδέ νύ ἐστι θεὰς ἀλιτρόν θ' ὑπαλύξαι.
Σὺν δέ οἱ, ἄλλαι δυώδεκα πᾶσαι ἀγαυαὶ,
Πᾶσαι ἐελδόμεναι πόλεμον, καὶ ἀειχέα χάρμην,
Αἵ οἱ δμωϊδες ἔσκον, ἀγακλειταί περ ἐοῦσαι.
Αλλ' ἄρα πασάων μέγ' ὑπείρεχε Πενθεσίλεια.
Ως δ' ὅτ' ἀν' οὐρανὸν εὐρὺν ἐν ἀστράσι δῖα σελήνη
Ἐκπρέπει, ἐν πάντεσσιν ἀρίζηλος γεγαυῖα,
Αἰθέρος ἀμφιραγέντος ὑπαὶ νεφέων ἐριδούπων,
Ως ἥγ' ἐν πάσαισι μετέπρεπεν ἑσσυμένῃσιν.
Ενθ' ἄρα ἦν Κλονίη, Πολεμοῦσά τε, Δηριόνητε,
Εὐάδρη τε, καὶ Αντάνδρη, καὶ δῖα Βρέμουσα,

Ηδὲ

30. ἕσποντο] ἵποντο. *Rhod.*

32. οὐδέ νύ ἐστι θεὰς ἀλιτρόν θ' ὑπαλύξαι] ἀλιτρόν θ'. particip. aet. Aoriit. 2. ab ἀλιτέω, ſcelus committo nullis precibus expiandum. *Rhod.* Perſpicue Rhodomannus, ἀλιτρόν θ' ὑπαλύξαι Nec diſconveniat, ἀλιτρὸν ὑπαλύξαι. *Dausq.* Et mihi ablanditur ἀλιτρόν θ' ὑπαλύξαι: Quo non admiſſo, ἀλιτρὸν vel cum vel ſine tibicine, non minus bonum eſt, quam ἀλιτρὸν: Vim cæſuræ non ignoras. *Pauw.*

33. Σὺν δέ οἱ, ἄλλαι δυώδεκα] ἄλλαι ἵκοντο vel ἵποντο δυώδεκα: vel Σὺν δέ οἱ, ἄλλαι ἵσαν δυοκαίδεκα: Quod tamen remotius a ſcriptura. *Rhod.*

39. Αἰθέρος ἀμφιραγέντος ὑπαὶ νεφέων ἐριδούπων] *Æthere undique rupto a nubibus graviſonis:* Abſona & ingrata locutio: Cum nubes diſſipantur, non rumpitur æther, nec a nubibus id fieri poteſt unquam: Vellem, mentem aliter expreſſiſſet Quintus, aut ſaltem ſcripſiſſet, Αἰθέρος ἀμφὶ Φαέντος ἄπο νεφέων ἐριδούπων, Notiſſimum illud Home-

Ob ſororem, cujus gratia vulnus animo fovebat,
Hippolytam. Hanc enim valida haſta interemerat,
Non quidem hoc dedita opera, ſed cervam jaculo petens.
Idcirco in Trojæ illuſtris terram ſe contulit.
Inſuper ad hoc etiam Martius illam animus ſtimulabat:
Ut nimirum a triſti cædis labe expiata,
Sacris Furias terribiles placaret,
Quæ ſororis cauſa ei ſuccenſentes e veſtigio ſequebantur
Occultæ. Hæ enim perpetuo circa pedes impiorum
Verſantur: Nec fieri poteſt, ut quisquam enormiter peccans has evitet.
Cum ipſa vero aliæ venerant duodecim, omnes virtute inſignes,
Omnes belli infeſtæque pugnæ ſtudio flagrantes:
Quæ ejus miniſtræ erant, quamvis rerum geſtarum gloria excellerent.
Omnes tamen longe ſuperemineba Penthesilea.
Ut enim in cælo longe lateque patente inter ſtellas dium Lunæ ſidus
Admiranda claritate ſua cunctis præfulget,
Æthere inter nubes, unde fragor interdum exſiſtit, hiante:
Ita illa inter cunctas ad bellum feſtinantes præſigne decus exhibebat.
Aderant autem hæ: Clonia, Polemuſa, Derione,
Euandra, Antandra, & diva Bremuſa:

Tum

mericum, *ἐφαάνθεν δ' ἄρ' ὑπερ-φάγη ἄστεος αἰθὴρ*, quod Iliad. Θ. vſ. 554. & Iliad. Π. vſ. 300. in comparatione non abſimili occurrit, aliud eſt: Nam *αἰθὴρ* ibi ſplendorem ætheris, non ætherem notat: Hoc certum & perſpicuum. An tamen ſic vox etiam accipienda hic, & *αἰθέρος ἀμφιεχγέντος* vertendum *æ-theris ſplendore undique erum-pente?* Non poteſt propter adjunctum *ὑπαὶ νιφάων ἐριδούπων*: Sed an pro *ὑπαὶ* legendum revera *ἄνευ*, *ſine nubibus graviſonis?* Id verum forte: Et ſic hæcce dixiſſent hic, quod in locis Homericis dicunt *ὅτε τ' ἔπλετο νήνεμος αἰθὴρ* et *ὅτ' ἀφ' ὑψηλῆς κορυφῆς ὄρεος μεγάλοιο Κινήσει πυκινὴν νιφάδα σκεδαπύγε-ρέτα Ζεύς*: Attende & judica. *Pauw.*

42. Εὐάνδη τε] Ita Aldina hic, ſed poſt V. 252. Εὐάνδρη: Quod utroque loco expreſſit

Ηδὲ καὶ Ἱπποθόη, μετ' Ἀρμοθόη χυανῶπις,
Ἀλκιβίητε, καὶ Ἀντιβρότη, καὶ Δηριάχεια·
Ταῖς δ' ἐπὶ Θερμώδοσσα μέγ' ἔγχεϊ κυδιόωσα.
Τόσσαι δ' ἄρ' ἀμφιέποντο δαΐφρονι Πενθεσιλείᾳ.
Οἵη δ' ἀκαμάτοιο κατέρχεται ἀπ' Οὐλύμπου
Ἠὼς, μαρμαρέοισιν ἀγαλλομένη φρένας ἵπποις,
Ὡραίων μετ' εὐπλοκάμων, μετὰ δέ σφισι πάσαις
Ἐκπρέπει ἀγλαὸν εἶδος, ἀμωμήτοις περ ἐούσαις·
Τοίη Πενθεσίλεια μόλεν ποτὶ Τρῴϊον ἄστυ,
Ἔξοχος ἐν πάσῃσιν Ἀμαζόσιν· ἀμφὶ δὲ Τρῶες
Πάντοθεν ἐσσύμενοι, μέγ' ἐθάμβεον, εὖτ' ἐσίδοντο
Ἄρεος ἀκαμάτοιο βαθυκνήμιδα θύγατρα,
Εἰδομένην μαχάρεσσιν, ἐπεὶ ῥά οἱ ἀμφὶ πρόσωπῳ
Ἄμφω, σμερδαλέον τε, καὶ ἀγλαὸν εἶδος ὀρώρει,
Μειδιόων ἐρατεινὸν, ὑπ' ὀφρύσι δ' ἱμερόεντες
Ὀφθαλμοὶ μάρμαιρον ἀλίγκιον ἀκτίνεσσιν,
Αἰδὼς δ' ἀμφερύθηνε, παρηιάδων δ' ἔφ' ὕπερθεν
Θεσπεσίη ἐπέχειτο χάρις, καταειμένη ἀλκήν.
Λαοὶ δ' ἀμφεγάνυντο, καὶ ἀχνύμενοι τοπάροιθεν.

Ως

Rhodomannus: An recte, dubito propter contiguum Αντάνδρη, quod nimis fere Synonymum: ἀνδρὸς, validus; ἀνδρότης, robur: Inde Εὐάνδρα potuisset dici. *Pauw.*

43. μετ' Αρμοθόη χυανῶπις] μετὰ δ' Αρμοθόη. *Rhod.* Suspicor Αρμαθόη: Ἱπποθόη, quæ in equis; Αρμαθόη, quæ in curru strenua & velox: Versum non male supplet Rhodomannus. *Pauw.*

45. Θερμώδοσσα] Hic etiam variat Aldina: Nam Θερμώδουσαι habet V. 252. Rhodomannus & hic & ibi Θερμώδουσα & Θερμώδουσαι: Mihi non displicet Θερμώδουσα & Θερμώδουσαι: Et prius hic certe adamaret magis sequens κυδιόωσα propter ipsum sonum. *Pauw.*

46. Τόσσαι δ' ἄρ' &c.] Τόσσαι ἄρ' ἀμφιέποντο δ. Πενθεσιλείᾳ. *Rhod.*

47. κατέρχεται ἀπ' Οὐλύμπου] κατέρχεται Οὐλύμποιο, vel κατέρχεται ἐξ Οὐλύμπου. *Rhod.* Scribe κατέρχετ' ἀπ' Οὐλύμποιο. *Dausq.*

49. Ὡραίων μετ' ἐϋπλο ν, μετὰ &c.] μετὰ bis in eodem Versu.

Tum etiam Hippothoe, unaque Harmothoe nigris oculis;
Alcibieque & Antibrote cum Derimachia:
Et poſt has Thermodoſſa, magnam haſta gloriam ſibi vendicans.
Tot bellicoſæ tum Pentheſileæ in comitatu erant.
Qualis vero ab Olympo ſemper mobili deſcendit
Aurora, fulgentibus equis animum oblectans,
Cum Horis pulcricomis: & inter eas omnes,
Quamvis nihil reprehendendum habeant, ſplendore formæ præſtat:
Talis Pentheſilea urbem ad Trojanam venit,
Eximia inter omnes Amazones. Troës vero
Undique circumfuſos ingens admiratio ſubit, dum intuentur
Invicti Martis filiam profundis tibialibus indutam,
Fœminam Deabus ipſis ſimilem. Quia in vultu ejus
Utrumque inerat, terror ſimul & ſplendor formæ,
Ridens amabiliter; & ſub ſuperciliis illices
Oculi radiorum in morem fulgebant;
Pudorque rubore genas tinxerat: In quibus
Divina quædam gratia, vim maſculam induta, reſidebat.
Oppidani ergo, utut hactenus mœſti, lætabantur:

Uti

Verſu. *Pauw.*

51. *Τοίη Πενθισίλεια* &c.] Nimius eſt in comparationibus Auctor: Nam Lunæ jam comparaverat Heroinam. *Pauw.*

57. *Μειδιόων ἰφαπινὸν*] *μειδιόωσ' ἰφαπινὸν*: Hæc enim figura Poëtæ uſitatiſſima eſt, ut exempla crebra demonſtrant Libro potiſſimum 6. in ſcuto Herculis. *Rhod.* Depravatum eſt *μειδιόων*: Rhodomannus *μειδιόωσ'*: Quod ad præcedens *οἱ* referri deberet, & ſic poſitum eſſet pro *μειδιόωσῃ*: Nihil aliud enim adeſt, quo referri poſſit, quicquid cum Rhodomanno comminiſcaris: Qui id imperite profecto referre voluit ad præcedens *εἶδος*, vocem ad tale magiſterium plane ineptam. *μειδιόωσ'* autem pro *μειδιόωσῃ* Aphæreſin continet, quam nemo paulo eruditior facile probabit. Aliud latet: Legendum ſuſpicor, *Μειδιόων ἰφαπινὸν*: Sic *εἶδος μειδιόων* apte cohæret, & nulla eſt in his durities. *Pauw.*

59. *Αἰδὼς δ' ἀμφιρύθμιε* &c.] *Αἰδὼς δ' ἀμφιρύθμιε παρήϊα, τῶν δ' ἰφύπερθεν.* *Rhod.* Ita legendum. *Pauw.*

Ὡς δ' ὁπότ' ἀθρήσαντες ἀπ' οὔρεος ἀγροιῶται
Ἶριν ἀνεγρομένην ἐξ εὐρυπόροιο θαλάσσης,
Ὄμβρου ὅτ' ἰσχανόωσι θεοδότου, ὁππότ' ἀλωαὶ
Ἤδη ἀπαυαίνονται, ἐελδόμεναι Διὸς ὕδωρ;
Οἳ δ' ὑπαχλύνθη μέγας οὐρανὸς, οἷσ' ἐσιδόντες
Ἐσθλὸν σῆμ' ἀνέμοιο, καὶ ὑετοῦ ἐγγὺς ἐόντος,
Χαίρουσι, τοπάροιθεν ἐπιστενάχοντες ἀρούραις·
Ὡς ἄρα Τρῴῃσι ὗες, ὅτ' ἔδρακον ἔνδοθι πάτρης
Δεινὴν Πενθεσίλειαν, ἐπὶ πόλεμον μεμαυῖαν,
Γήθεον. ἐλπωρὴ γὰρ ὅτ' ἐς φρένας ἀνδρὸς ἵκηται
Ἀμφ' ἀγαθοῦ, στονόεσσαν ἀμαλδύνει κακότητα.
Τοὔνεκα καὶ Πριάμοιο νόος πολέα στενάχοντος,
Καὶ μέγ' ἀκηχεμένοιο, περὶ φρεσὶ τυτθὸν ἰάνθη.
Ὡς δ' ὅτ' ἀνὴρ ἀλαοῖσιν ἐπ' ὄμμασι πολλὰ μογήσας,
Ἰμείρων ἰδέειν ἱερὸν φάος, ἠὲ θανέεσθαι;
Ἢ πόνῳ ἰητῆρος ἀμύμονος, ἠὲ θεοῖο,
Ὄμματ' ἀπαχλύσαντος, ἴδῃ φάος ἠριγενείης,
Οὐ μὲν ὅσον τοπάροιθεν, ὅμως δ' ἄρα βαιὸν ἰάνθη
Πολλῆς ἐκ κακότητος, ἔχει δ' ἔτι πήματος ἄλγος
Αἰνὸν ὑπὸ βλεφάροισι λελειμμένον· ὡς ἄρα δεινὴν
Υἱὸς Λαομέδοντος ἐσέδρακε Πενθεσίλειαν·
Παῦρον μὲν γήθησε, τὸ δὲ πλέον εἰσέτι παίδων

Αχνυτ'

62. Ὡς δ' ὁπότ' ἀθρήσαντες ἀπ' &c.] Tota hæc Periodus ineptit: Nam Tautologus eſt homo, & orationem Tautologam male connectit: Vide modo illud ὁπότ' ἀθρήσαντες, ὅτ' ἰσχανόωσι, ὁππότ' ἀλωαὶ, non poteris dubitare: Quid etiam Iris ex mari ſurgens? An ita ſolet? Dein, quid ὄμβρου θεοδότου? Idne Epithetum eſt aptum? Non placent, non placent hæc. *Pauw.*

68. Χαίρουσι] Erunt, qui χαίρουσιν præferent. *Pauw.*

70. ἐπὶ πόλεμον] ἐπὶ πτόλεμον. *Rhod.* Non neceſſe, ubi cæſura adeſt. *Pauw.*

76. ἢ θανέεσθαι] ἤ θανέεσθαι, vel eſt Synecphoneſis: De qua, ſororibusque cæteris, vide Tryphon. Grammaticum de affectionibus dictionum. *Rhod.* Scribe θανεῖσθαι, vel quod malim, ἤ θανέεσθαι. *Dausq.* Quia ἢ πόνῳ ſequitur,

nihil

Uti fit, quando agreſtes de monte conſpicantur
Iridem, e mari latifluo exſurgentem;
Cum imbrem, Dei munus, deſiderant; & jam arva
Jovis aquam exoptantia penitus areſcunt;
Tandem vero nigreſcit ingens cælum; Illi igitur, viſo
Bono venti & pluviæ imminentis prodigio,
Gaudent, quamlibet propter agros antehac ſuſpiria duxerint:
Sic etiam Trojana proles cum viderunt in patria
Aeream Penthefileam, ad bellum cupide tendentem
Gaudebant. Ubi enim cor hominis, ſpes boni
Alicujus ſubit, triſtificam expectorat moleſtiam.
Ideo & Priami animus, licet multo gemitu
Magnoque animi cruciatu premeretur, modicum tamen relevationis ſenſit:
Perinde atque homo, qui oculorum cæcitate diu multumque laboravit,
Et vel almam intueri lucem, vel mortem obire exoptat,
Seu medici fidelis opera, ſive Deo ipſo,
Caliginem ab oculis diſcutiente, auroræ tandem fulgorem viſu percipit,
Non quidem ut antea, ſed tamen paululum recreatur
A longa calamitate: quamvis adhuc triſtem morbi cruciatum
Sub palpebris relictum habeat: Ita fortem ſane
Penthefileam Laomedontis filius intuetur;
Dum modico quidem gaudio fruitur, ſed plus adhuc filiorum

In-

mihi fere arridet magis ἢ ἐκτίσθαι: Nam Syncephoneſin hic non probo. *Rauw.*

79. ὅμως δ' ἄρα βαιὸν ἰάνθη] Prava diſtinctio: Sequitur enim, ἔχει δ' ἔτι πήματος ἄλγος &c. Diſtingue igitur, ἴδη φάος ἠριγενείης, Οὐ μὲν ὅσον τοπάροιθεν, ὅμως δ' ἄρα βαιὸν ἰάνθη Πολλῆς &c. Sic ὅμως δ' ἄρα βαιὸν apte cum ἴδη φάος connectitur, & verba recte procedunt. *Rauw.*

82. ἰσίδρακε Πενθισίλειαν Παῦρον &c.] An potius, ὅτ' ἐσίδρακε Πενθισίλειαν, Παῦρον &c? Sic longe facilior eſſet orationis cohærentia. *Rauw.*

Sic

Ἀχνυτ' ἀπεκταμένων, ἀγε δ' εἰς ἑὰ δώματ' ἄνασσαν·
Καί μιν προφρονέως τίεν ἔμπεδον, ὥστε θύγατρα,
Τηλόθε νοστήσασαν ἐεικοστῷ λυκάβαντι·
Καί οἱ δόρπον ἔτευξε πανείδατον, οἷον ἔδουσι
Κυδάλιμοι βασιλῆες, ὅτ' ἔθνεα δηώσαντες,
Δαίνυντ' ἐν θαλίῃσιν, ἀγαλλόμενοι περὶ νίκης·
Δῶρα δέ οἱ πόρε καλὰ, καὶ ὄλβια, πολλὰ δ' ὑπέστη
Δωσέμεν, ἢν Τρῳῆσι δαϊζομένοις ἐπαμύνῃ.
Ἠδ' ἄρ' ὑπέσχετο ἔργον, ὃ οὔποτε θνητὸς ἐώλπει·
Δηώσειν Ἀχιλῆα, καὶ εὐρέα λαὸν ὀλέσσειν
Ἀργείων, νῆας δὲ πυρὸς καθύπερθε βαλέσθαι·
Νηπίη· οὐδέ τι ἤδη ἐϋμελίην Ἀχιλῆα,
Ὅσσον ὑπέρτατος ἦεν ἐνὶ φθισήνορι χάρμῃ.
Τῆσδ' ὡς οὖν ἐσάκουσεν ἐὺς πάϊς Ἠετίωνος
Ἀνδρομάχῃ, μάλα τοῖα ἑῷ προσελέξατο θυμῷ·
Ἀ δειλὴ, τί νυ τόσσα μέγα φρονέουσ' ἀγορεύεις;
Οὐ γάρ τοι σθένος ἐστὶν ἀταρβέϊ Πηλείωνι
Μάρνασθ', ἀλλά σοι ὦκα φόνον, καὶ λοιγὸν ἐφήσει.
Λευγαλέη, τί μέμηνας ἀνὰ φρένας; ἦ νύ τοι *
Ἐστιχε θανάτοιο τέλος, καὶ δαίμονος αἶσα.
Ἕκτωρ γὰρ σέο πολλὸν ὑπέρτερος ἔπλετο δουρί·
Ἀλλ' ἐδάμη κρατερός περ ἐὼν, μέγα δ' ἤχαχε Τρῶας,
Οἵ ἑ θεὸν ὣς, πάντες ἀνὰ πτόλιν εἰσορόωντο·

Καὶ

84. Ἀχνυτ' ἀπεκταμένων] Ἀχνυτ' ἀποκταμένων. *Rhod.* Rhodomannus Ἀποκταμένων: Utrumque potuit esse. Ἀπεκταμένων vero παρωχημὸς a κτείνω est *Prostratorum*, *Externatorum*: Unde loco dejici se non patietur. *Dausq.*

94. νῆας δὲ πυρὸς καθύπερθε βαλέσθαι] Postquam scilicet solutæ & disruptæ essent interfectis Græcis: ἴνσια est parum apta, & ipsa elocutio scabra: νῆας pro tabulis navium, navium lignis. Ignem navibus injicere, ut sic comburerentur, aliud melius est. *Pauw.*

95. ἐϋμελίην Ἀχιλῆα] ἐϋμμελίην requirit Versus. *Pauw.*

102. ἦ νύ τοι *] Deest in fine

Interfectorum cauſa ſe afflictat; Reginam ergo in ædes
ſuas ducit,
Et omnibus benevolentiæ officiis ſedulo afficit, ac ſi
filia eſſet,
Viceſimo demum anno ex longinquis terris reverſa;
Et opiparam ei cœnam inſtruit, qualem agitant
Magnifici Reges, cum ſubactis gentibus
De victoria læti, in florida ſolennitate convivantur;
Muneraque ei pulcra & preciosa dedit, multaque in-
ſuper recepit ſe
Additurum, Si fractis bello Trojanis opem ferret.
Illa vero in ſe facinus recipit, quod mortalium nemo
animum induxerit,
Debellare Achillem, & numeroſiſſimas Argivorum
copias
Delere, navesque in ignem conjicere:
Quam Fatua! Nequaquam enim norat; Quam haſta
præſtans Achilles,
Prælio viris quoque exitiali prævaleret.
Hanc ut audivit generoſa Ectionis filia
Andromache, his verbis animum ſuum affatur:
O miſella! cur tam grandia elato animo jactitas?
Non eæ tibi vires ſunt, ut cum intrepido Pelida
Depugnes: ſed funeſtam tibi necem ſtatim adferet.
Infelix! quæ intemperies animum exagitat? certe quam
proxime tibi
Mortis terminus & ſors Dei fatalis imminet.
Hector enim te vi bellica longe anteſtabat:
Et tamen, licet tam fortis, ſuccubuit, & Trôas in-
genti mœrore affecit:
Qui illum univerſi, non aliter ac Deum, in urbe ſuſ-
piciebant.

Sed

ne ἐγγὺς, vel ἄγχι ſeu ἀγχοῦ. *Rhod.*

103. Εστηκε θανάτοιο] Εστήκει θανάτοιο. *Dausq.* Cæſura Εστηκε tuetur: Abſque qua Εστηκει mallem, quam Εστήκει, quod *ſtabat* potius denotat, quam *ſtat*! Ipſi pueri ſciunt ex Homero. *Pauw.*

107.

Καί μοι ἔην μέγα κῦδος, ἠδ' ἀντιθέοις τοκέεσσιν,
Ζωὸς ἐών· ὡς εἴ με χυτὴ κατὰ γαῖα χεχεύθει,
Πρὶν σφε δὶ ἀνθερεῶνος ὑπ' ἔγχεϊ θυμὸν ὀλέσσαι.
Νῦν δ' ἄρα ἄσπετον ἄλγος ὀϊζυρὸς ἐπάθρησα,
Κεῖνον ὅτ' ἀμφὶ πόληα ποδώκεες εἴρυον ἵπποι
Αργαλέως Αχιλῆος, ὃ μ' ἀνέρος εὖνιν ἔθηκε
Κυριδίου, τό μοι αἰνὸν ἄχος πέλει ἤματα πάντα.
Ως φάθ' ἑὸν κατὰ θυμὸν ἐΰσφυρος Ηετιώνη,
Μνησαμένη πόσιος· μάλα γὰρ πένθος ἀέξει
Ανδρὸς ἀποφθιμένοιο σαόφροσι θηλυτέρῃσιν.
Ηέλιος δὲ θοῇσιν ἐλισσόμενος περὶ δίνῃς,
Δύσατ' ἐς ὠκεανοῖο βαθὺν ῥόον, ἄνυτο δ' ἠώς.
Οιδ' ὅτε δὴ παύσαντο πολοῦ δαιτός τ' ἐρατεινῆς,
Δὴ τότε πυ δμωαὶ στόρεσαν θυμήρεα λέκτρα,
Εν Πριάμοιο δόμοισι, θρασύφρονι Πενθεσιλείῃ·
Ηδὲ χιοῦσ' εὕδεσκεν, ὕπνος δέ οἱ ὅσσ' ἐκάλυψεν
Νήδυμος ἀμφιπεσών. μόλε δ' αἰθέρος ἐξ ὑπάτοιο,
Παλλάδος ἐννεσίῃσι, μένος δολόεντος Ονείρου,
Οππως μὶν λεύσσουσα, κακὸν Τρῴεσσι γένηται,
Οιτ' αὐτῇ, μεμαυῖα ποτὶ πτολέμοιο φάλαγγας.
Καὶ τὰ μὲν, ὡς ὥρμαινε δαΐφρων Τριτογένεια·
Τῇδ' ἄρα λυγρὸς Ονειρος ἐφίστατο, πατρὶ ἐοικὼς,

Καὶ

107. ἠδ' ἀντιθέοις] ἰδ' ἀντιθέοις. *Rhod.*

109. δὶ ἀνθερεῶνος] Rhodomannus, *mentum haſta transfixus*: Imperite: Vertas, *guttur haſta transfixus*: Ita ἀνθερεών ſumitur plus ſemel: Eruditi ſciunt, & unus Suidas perſpicue, Ανθερεών, ὁ ὑπὸ τὸ γένειον τόπος, λάρυγξ. Jungendus eſt Homerus Iliad. Ω. ut melius intelligas. *Pauw.*

110. Νῦν δ' ἄρα ἄσπετον ἄλγος &c.] Νῦν δ' ἄρ' ἀάσχετον ἔργον vel ἄλγος ὀϊζυρῶς *Rhod.* Editio Aldina, ut hic editum eſt: In Baſileenſi ἄλγος Operarum incuria male neglectum eſt: Atque hinc ambigua Rhodomanni ſuſpicio, qui Aldinam non viderat: Melius tamen ἔργον, quam ἄλγος: Nam dolorem non videmus, ſed ſentimus: Sic tamen ipſe Quintus.

ἄρ'

Sed mihi etiam venerandisque parentibus magno erat honeſtamento,
Quam diu vixit. Atque utinam me ſuper ingeſta terra occuluiſſet,
Antequam ipſe, mentum haſta transfixus, animam efflaſſet!
At nunc rem acerbiſſimam magno meo malo aſpexi,
Quando eum circa urbem veloces Achillis equi
Crudeliter raptabant. Is me viro orbavit,
Cui mea libata virginitas: Qui cruciatus per omne vitæ tempus mihi eſt acerbiſſimus.
Sic intra animum ſuum loquebatur (cogitabat) pulcra Eetionis nata,
Mariti recordans. Graviſſimus enim luctus pudicis Matronis, exſtincto viro, accreſcit.
Interea Sol rapida ſe vertigine circumvolvens,
Profundum Oceani fluxum ſubiit, exactaque dies erat,
Quare cum potu ciboque ſuavi ſe reficere deſiiſſent,
Gratum exinde cubile ſternunt famulæ,
In Priami ædibus, temerariæ Pentheſileæ:
Quæ abiens ad quietem ſe componit, oculosque ejus ſomnus obtegit,
Suaviter illapſus. Venit autem ex ſummo æthere
Palladis inſtinctu, Somnii vis fraudulenti:
Ut eo viſo, damna Trojanis accerſeret,
Et ſibimetipſi, ad belli phalanges præcipitantius ruens,
Atque hæc ita belli ſciens Minerva agitabat:
Illi autem triſte Somnium adſtabat, patris formam referens;

Et

ἄρ' ἀάσπετον & διζυρῶς aſpernabitur nemo. *Pauw.*

115. μάλα γὰρ πίνος ἀίξει] μάλα γὰρ μίγα πίνος. *Rhod.* Brodæus, μάλα γὰρ δὴ πίνος: Alter non infeliciori conjectura, μάλα γὰρ μίγα πίνος. *Dausq.*

118. ἄιντο δ' ἠώς] ἠὼς pro tota die durum eſt, inprimis ubi ἄιντο accedit: Sed ſic Quintus. *Pauw.*

125. κακὸν Τρώεσσι γένηται] κακὸν reſpicit λεύσσουσα, & de Pentheſilea dicitur: Figura eſt ſatis nota. *Pauw.*

129

Καί μιν ἐποτρύνεσκε ποδάρκεος ἀντ' Ἀχιλῆος
Θαρσαλέως μάρνασθαι ἐναντίον· ἦδ' ἀίουσα,
Γήθεεν ἐν φρεσὶ πάμπαν· ὀΐσατο γὰρ μέγα ἔργον
Ἐκτελέσειν αὐτῆμαρ ἀνὰ μόθον ὀχρυόεντα·
Νηπίη, ἣ ῥ' ἐπίθησεν ὀϊζυρῷπερ Ὀνείρῳ
Ἐσπερίῳ, ὃς φῦλα πολυτλήτων ἀνθρώπων
Θέλγει ἐν λεχέεσσιν ἀδὴν ἐπιχέρτομα βάζων·
Ὃς μιν ἄρ' ἐξεπάφησεν, ἐποτρύνων ἀπονέεσθαι.
Ἀλλ' ὅτε δὴ ῥ' ἐπόρουσε ῥοδόσφυρος ἠιγένεια,
Δὴ τότε Πενθεσίλεια μέγ' ἐνθεμένη φρεσὶ χάρτος,
Ἐξ εὐνῆς ἀνέπαλτο, καὶ ἀμφ' ὤμοισιν ἔδυνε
Τεύχεα δαιδαλόεντα, τά οἱ θεὸς ὤπασεν Ἄρης·
Πρῶτα μὲν ἀρ κνήμῃσιν ἐπ' ἀργυρέοισιν ἔθηκε
Κνημῖδας χρυσείας, αἵ οἱ ἔσαν εὖ ἀραρυῖαι·
Ἔσσατο δ' αὖ θώρηκα παναίολον· ἀμφί δ' ἄρ' ὤμοισιν
Θήκατο κυδιόωσα μέγα ξίφος, ᾧ πέρι πάντη
Κουλεὸς εὖ ἤσκητο δι' ἀργύρου, ἦδ' ἐλέφαντος·
Αὐτὰρ ἔθετ' ἀσπίδα δῖαν, ἀλίγκιον ἄντυγι μήνης,
Ἣθ' ὑπὲρ ὠκεανοῖο βαθυῤῥόου ἀντέλλῃσιν,
Ἡμισυ πεπλήθυῖα περὶ γραμπτῆσι κεραίῃς,

Τοίη

129. ἀντ' Ἀχιλῆος Θαρσαλίως μάρνασθαι ἐναντίον] Nota illud ἀντ' Ἀχιλῆος ἐναντίον μάρνασθαι, quod sane nimium est. *Pauw.*

135. ἐν λεχέεσσιν ἄδην ἐπιχέρτομα] Ita Aldus: Basileenses ἄδην non expressêrant: Inde illa Notula Rhodomanni: ἐν λεχέεσσιν ἄδην *vel* ἰοῖς. *Pauw.*

136. Ὃς μιν ἄρ' ἐξεπάφησεν, ἐποτρύνων ἀπονέεσθαι: ἐξαπάφησεν, ἐποτρύνων πονέεσθαι. *Rhod.* Recte Rhodomannus: Sed ubi præcessit, ὃς θέλγει, nonne hic languet Ὃς μιν? *Pauw.*

139. καὶ ἀμφ' ὤμοισιν ἔδυνε] Ineptissima lectio, ubi sequitur primo, Πρῶτα μὲν ἄρ κνήμῃσιν ἐπ' ἀργυρέοισιν ἔθηκε Κνημῖδας: dein subjungitur, Ἔσσατο δ' αὖ θώρηκα παναίολον: Et sic demum venitur ad humeros, ἀμφὶ δ' ἄρ' ὤμοισιν Θήκατο κυδιόωσα μέγα ξίφος, subjunctis iterum aliis, quæ nihil ad humeros pertinent: Pueri vident, & ne ipse quidem Pyrrho dubitare posset: Locus certo certius est corruptus: Nam ita ineptire non potuit Auctor: Scribe,

Et incitabat ipſam, ut cum Achille rapidiſſimo
Fidenter manus conferret. Quod audiens illa
Toto pectore gaudebat: Putavit enim, egregium facinus
Se die illo in aſpero conflictu patraturam.
Demens! quæ infelici Somnio morem geſſit,
Et quidem veſpertino, quod ærumnoſorum genus hominum
In ſtratis demulcet, ludibria affatim blaterans.
Quod & ipſam ad pugnam inſtigando deluſit.
Cæterum ubi roſea ingruit Aurora;
Mox Penthesilea, cum magnum animo robur indidiſſet,
E lecto proſiliit, humerisque induit
Arma fabrefacta; quæ Deus illi Mars donarat.
Ac primum candidis tibiis applicavit
Ocreas ex auro, quæ ipſi bene aptæ erant:
Thoracem inde variegatum induit; & humero
Subligavit magnum enſem gloriabunda; circa quem undique
Vagina argento & ebore probe elaborata erat:
Divinum etiam clypeum ſuſtulit, lunæ orbi ſimilem,
Quæ ſuper altifluo Oceano exoritur,
Sub cornibus incurvis ad dimidium ſui plena;

Sic

be, & ſcribe meo periculo, *καὶ ἀμφὶ μίλτοισιν ἴδυιε Τεύχια δαιδαλόεντα*: Sic nihil aptius: Vitium ex ſcriptura implicita & contracta. *Pauw.*

140. *τά οἱ Θεὸς ὤπασεν Ἄρης*] Poteſt & *Θεὸς* legi. *Rhod.* *Θεὸς* ſane rectius, quam *Θεὸς*, ut divinitatis ingeſta mentione donum ſit commendabilius. *Dausq.* Mihi etiam non diſplicet vulgata, quanquam ipſum *Ἄρης* divinitatem indicat ſatis. *Pauw.*

141. *Ἐπ' ἀγχυρίοισιν*] *ἐπ' ἀγχυρίῃσιν. Rhod.*

142. *Κνημῖδας χρυσείας*] *χρυσείας*, vel poſtpone *Κνημῖδας*, quod melius. *Rhod.*

143. *ἀμφὶ οἱ ὦρ' ὤμοισιν*] *ὤμοις. Rhod.*

148. *Ἡμισυ πεπλῆθυῖα* &c.] Non plena toto dimidio, ſed plena cornuum extremis, ſic ut inter illa cornuum extrema ſit vacuum & inane: Ita accipe: Interpres obſcure, quod obſuit Petito in Libello de Amazonibus. *Pauw.*

Τοίη μαρμαίρεσκεν ἄστρετον· ἀμφὶ δὲ κρατὶ
Θῆκε κόρυν κομόωσαν ἐθείρῃσι χρυσείῃσιν·
Ὡς ἡ μὲν μορέντα περὶ χροΐ θήκατο τεύχη·
Αστεροπῇ δ' ἀτάλαντος ἐείδετο, τὴν ἀπ' Ολύμπου
Ες γαῖαν προΐησι Διὸς μένος ἀκαμάτοιο,
Δεικνὺς ἀνθρώποισι μένος βαρυηχέος ὄμβρου,
Ηὲ πολυῤῥοίζων ἀνέμων ἄληκτον ἰωήν·
Αὐτίκα δ' ἐγκονέουσα δι' ἐκ μεγάροιο νέεσθαι,
Δοιοὺς εἵλετ' ἄκοντας ὑπ' ἀσπίδα· δεξιτερῇ δὲ,
Αμφίτυπον βουπλῆγα, τόν οἱ Εγις ὤπασε δαιμὼν,
Θυμοβόρου πολέμοιο πελώριον ἔμμεναι ἄλκαρ·
Τῷ ἐπικαγχαλόωσα, τάχ' ἤλυθεν ἔκτοθι πύργων,
Τρῶας ἐποτρύνουσα μάχην ἐς κυδιάνειραν
Ελθέμεναι· ἔιδ' ὦκα συναγρόμενοι πεπίθοντο,
Ανδρες ἀριστῆες, καίπερ πάρος οὐκ ἐθέλοντες
Στῆμεναι ἀντ' Αχιλῆος· ὁ γὰρ περὶ δάμνατο πάντας.
Ηδ' ἄρα κυδιάασκεν ἀάσχετα· ἕζετο δ' ἵππῳ
Καλῷ τ', ὠκυτάτῳ τε, τόν οἱ ἅλοχος Βορέαο
Ωπασεν Ωρείθυια πάρος Θρῄκηνδε κιοῦσα,
Ξείνιον, ὃς τε θοῇσι μετέπρεπεν Αρπυίῃσι·
Τῷ ῥα τόθ' ἑζομένη, λίπεν ἄστεος αἰπὰ μέλαθρα
Εσθλὴ Πενθεσίλεια· λυγραὶ δέ μιν ὠτρύνεσκον

Κῆ-

149. Τοίη μαρμαίρεσκεν ἄστρετον] ἀάσπετον. *Rhod.* Rhodomannus recte ἄαστον: quæ tamen vox hic nimia: Nam ita non fulget Luna: Vertas autem, *Talis*, exiſtens, *fulgebat immenſum*: Interpres non bene. *Pauw.*

154. Δεικνὺς ἀνθρώποισι μένος &c.] μένος βαρυηχέος ὄμβρου inepte ſequitur poſt Διὸς ἀκαμάτοιο μένος Verſu præcedenti: Ipſa etiam comparatio dura in Penthesilea nondum ſe movente: Quod ſequitur, Αὐτίκα δ' ἐγκονέουσα δι' ἐκ μεγάροιο νέεσθαι, rectius cum miſſo fulgure fuiſſet compoſitum: Quanquam feſtinantius exeuntem & in hoſtes animoſius irruentem ſic etiam maluiſſem ego. *Pauw.*

155. ἄληκτον ἰωήν] ἄλληκτον: Antepenultima tamen potentia eſt longa; ut ſolent vocales breves produci vi ſequentis liqui-

Sic illa insigniter fulgebat: Capiti etiam
Imposuit galeam, aureis comis cristatam.
Hoc illa modo arma lethalia corpori circundabat;
Et similis apparebat fulguri, quod de cælo
Ad terram mittit Jovis invicti potestas,
Vim pluviæ strepitantis mortalibus portendens;
Aut continuum horrisonorum ventorum fragorem.
Mox autem ex aula prodire festinans,
Duo sumsit pila sub scuto; & dextera
Ancipitem bipennem; quam trux Contentio ei dederat;
Ut ingens exitiosi belli præsidium foret.
Hac exsultans, mox extra turres se corripuit,
Trojanos instigans ad pugnam viris gloriosam
Ut ire maturarent. Statim igitur coeuntes imperata fecerunt
Viri principes: etsi antea detrectabant
Stare contra Achillem. Hic enim egregie omnes domabat.
Ipsa autem effuse gloriabatur. Et insidebat caballo
Eleganti celerrimoque; quem Borcæ illi uxor
Orithyia, in Thraciam migrans, olim donaverat
Hospitale munus; qui etiam inter pernices Harpyias eminebat.
Eo tunc conscenso, celsas urbis ædes reliquit
Fortis Penthesilea. Sed tristes eam impellebant

Par-

quidæ. *Rhod.* Græci & Latini passim producunt Ἀλκτὰ, & Psalmi noni Paraphrasis apud Apollinarem: Ἀλήκτῳ καρδίᾳ βασιλεῦ τιὸν αἰνὸν ἀείσω. Homer. Il. B. Καρδίῃ ἄλκτοι πολεμίζειν ἠδὲ μάχεσθαι. Nazianzenus in ὑποθήκαις & κατὰ σαρκὸς. Nihilominus vel his etiam in locis tutius congeminabit λλ. Sic Langianum Apollonii exemplar pluribus locis præfert: Unum dabo: — ἀτίμως ἄλληκτον ἰωὴν. Rationem adstruit Theodorus Gaza Libr. 4. Τὸ στοιχεῖον α βραχὺ. Nam productio in ἀκήρατος & ἀθάνατος licentior putatur. Libro vero Calabri altero, qui scribunt: — γόος δὲ ἄλκτος ὀρώρει pro γόος νὴ ἄλληκτος, Bombaliones Germanos agunt. Estque εὐφωνότερον aliquanto geminans consona. Itaque recte scriptum est Calabri Libr. 5. — κεραυνοὶ Ἀλλήκτοι νεφέεσσιν ἐειπότες ἐξιχάνοντο. *Dausq.*

Κῆρες, ὅπως πρώτην τε καὶ ὑστατίην ἐπὶ δῆριν
Ελθέμεν· ἀμφὶ δὲ Τρῶες ἀνοστήτοισι πόδεσσι
Πολλοὶ ἔσποντ' ἐπὶ δῆριν ἀναιδέα τλήμονι κούρῃ
Ιλιάδων, ἠΰτε μῆλα μετὰ κτίλον, ὃς θ' ἅμα πάντων
Νισσομένων, προθέῃσι, δαημοσύνῃσι νομῆος·
Ως ἄρα τῆγ' ἕφέποντο βίῃ μέγα μαιμώωντες
Τρῶες ἐϋσθενέες, καὶ Αμαζόνες ὀμβριμόθυμοι·
Ηδ' ὅιη Τριτωνὶς, ὅτ' ἤλυθεν ἄντα Γιγάντων,
Η Ερις ἐγρεκύδιμος, ἀνὰ στρατὸν ἀΐσσουσα,
Τοίη ἐνὶ Τρῴεσσι θοὴ πέλε Πενθεσίλεια·
Καὶ τότε δὴ Κρονίωνι πολυτλήτοιο ἀναείρας
Χεῖρας Λαομέδοντος ἐΰς γόνος ἀφνειοῖο,
Εὔχετ' ἐς ἱερὸν ἠὺ τετραμμένος Ιδαίοις
Ζηνὸς, ὃς Ιλιον αἰὲν ἑοῖς ἐπιδέρκεται ὄσσοις·
Κλῦθι πάτερ, καὶ λαὸν Αχαϊκὸν ἤματι τῷδε
Δὸς πεσέειν ὑπὸ χερσὶν Αρηΐδος βασιλείης,
Καὶ δή μιν παλίνορσον ἐμὸν ποτὶ δῶμα σάωσον
Αζόμενος τεὸν υἱα, πελώριον, ὄμβριμον Αρην,
Αὐτὴν θ', οὕνεκ' ἔσικεν ἐπ' οὐρανίῃσι θεῇσιν·
Εκπάγλως δὴ σεῖο θεοῦ γένος ἐστὶ γενέθλης·
Αἴδεσσαι δ' ἐμὸν ἦτορ, ἐπεὶ πολλὰ κακὰ τέτληκα,

Παί-

171. ὅπως πρώτην τε &c.] Melius ὁμῶς. *Rhod.* Ita eſt: Nam ὅπως cum infinitivo mihi nondum obſervavi in Auctore probato. *Pauw.*

173. Πολλοὶ ἔσποντ' ἐπὶ δῆριν ἀναιδέα] ἕποντ'. *Rhod.* Mallem, hic ſcripſiſſet Quintus ἐπὶ δῆριν ἀϊκέα: Nam ἀναιδέα ambiguum eſt, ubi de fœmina ductante agitur, ut ut præſtantiſſima: Perſpicaciores vident: Et τλήμονι κούρῃ pretium Epitheti non auget. *Pauw.*

181. ἀναείρας] Sequens χεῖρας ſonum τᾶ ἀναείρας efficit perquam aſperum: An forte ſcribendum ἀναείρων? *Pauw.*

184. ἐπιδέρκεται] Nonne ἐπιδέρκετο vel ἐπιδέρκετο? *Pauw.*

185. Αχαϊκὸν] Potius Αχαϊὸν. *Pauw.*

186. Αρηΐδος] Αρηϊάδος. *Rhod.*

189. ἐπ' οὐρανίῃσι] ἐπουρανίῃσι. *Rhod.*

190. Εκπάγλως δὴ σεῖο &c.] Diſpice, num rectius, ἤ σεο θείου γένος. Sed nondum hoc mihi

Parcæ; ut ad primum & noviſſimum certamen
Veniret: Circumque Troes, pedibus non reverſuris
Multi, ad propudioſum certamen puellam laboris patientem ſequebantur,
Turmatim, velut oves arietem, qui ſimul omnes
Euntes antecedit, ſolertiâ paſtoris:
Sic etiam illam magna vi perciti ſequebantur
Trojani fortes & Amazones magnanimæ.
Et qualis fuit Minerva, cum contra Gigantes ivit;
Aut Diſcordia turbarum autor, cum per exercitum ruit:
Talem inter Troes acris Pentheſilea ſe gerebat.
Tunc vero Jovi Saturnio, multa expertas attollens
Manus præſtans opulenti Laomedontis filius
Preces fundebat, ad ſacrum converſus fanum Idæi
Jovis, qui perpetuo oculis ſuis Ilium intuetur:
Audi pater, & populum Achaicum hac tandem luce
Da ſuccumbere manibus Mavortiæ reginæ,
Ipſamque reducem ac ſalvam ædibus meis reſtitue;
Id gratiæ tribuens egregio tuo filio Marti præpotenti,
Tum etiam ipſi: Quandoquidem cæleſtium Dearum formam refert:
Nam plane a divina tua proſapſa genus ducit.
Parce etiam meo cordi: Quod mala multa tolerarim
De-

mihi enodatum eſt. *Rhod.* Brodæus θεᾶ pro θείᾳ, abs te divinum genus trahit. Rhodomannus, Diſpice &c. Mihi nodus prope enodis ſic explicanti verbatim: Profecto genus eſt (Pentheſilea) ſtirpis Dei (Martis), tui, hoc eſt, qui Mars tuus eſt, & ex te progenitus. Nonnihil tamen perplexabilis eſt oratio. *Dausq.* Non adſentior Rhodomanno, & multo minus Dausquejo: Locus eſt ſalebroſus: An legendum? Ἐκπάγλως δὴ σεῖο θεᾶ, γένος ἐσὶ γενέθλης, *Egregie certe tua, o numen, progenies eſt ortu.* Sed γένος & γενέθλη nimis Synonyma ſunt, nec ea concoquo ita juncta. An igitur reponendum? Ἐκπάγλως δὴ σεῖο θεᾶ μένος ἰσὲ γενέθλης, *Certe animi & corporis robore tua eſt proſapia.* μένος ita quadrat plane: θεᾶ autem vel ad σεῖο referri poteſt, vel cum μένος connecti: *Dei & divino robore:* Et hoc præferendum fere, ut ſignatius. *Paxw.* 191. πολλὰ κακὰ πέπλεκται] κακὰ πολλὰ *Rhod.*

BIBLIOTECA NAZIONALE ROMA VITTORIO EMANUELE

Παίδων ὀλλυμένων, οὓς μοι περὶ κῆρες ἐμαρψαν,
Ἀργείων παλάμῃσι, κατὰ στόμα δῃοτῆτος·
Αἴδεω δ' ὡς ἔτι παῦροι ἀφ' αἵματος ἐσμὲν ἀγαυοῦ
Δαρδάνου, ὡς ἀδάϊκτος ἔτι πτόλις, ὄφρα καὶ ἡμεῖς
Ἐκ φόνου ἀργαλέοιο, καὶ Ἄρεος ἀμπνεύσωμεν.
Ἦ ῥα μέγ' εὐχομένος· τῷ δ' αἰετὸς, ὀξὺ κεκληγὼς,
Ἠδὴ ἀποπνείουσαν ἔχων ὀνύχεσσι πέλειαν,
Ἐσσυμένως ἵμησεν ἀριστερὸς, ἀμφὶ δὲ θυμῷ
Τάρβησε Πριάμοιο νόος, φάτο δ' οὐκ ἔτ' ἀθρήσειν
Ζωὴν Πενθεσίλειαν, ἀπὸ πτολέμοιο χιοῦσαν·
Καὶ τότε γ' ὡς ἤμελλον ἐτήτυμον ἤματι κείνῳ
Κῆρες ὑπεκτελέειν. ὃδ' ἄρ' ἄχνυτο θυμὸν ἐαγὼς.
Ἀργείοι δ' ἀπάνευθεν ἐθάμβεον, εὖτ' ἐσίδοντο
Τοὺς μὲν δὴ θήρεσσιν ἐοικότας, οἵ τ' ἐν ὄρεσσιν
Ποίμνης εἰροπόκοισι πόνον στονόεντα φέρουσι,
Τὴν δὲ πυρὸς ῥιπῇ ἐναλίγκιον, ἥ τ' ἐπὶ θάμνοις
Μαίνεται ἀζαλέοισιν, ἐπειγομένου ἀνέμοιο·
Καί τις ἅμ' ἀγρομένοισιν ἔπος ποτὶ τοῖον ἔειπεν,
Τίς δὴ Τρῶας ἄγαιρε μεθ' Ἕκτορα δηωθέντα,
Οὓς φαμὲν οὐκ ἔτι νωϊν ὑπαντιάσειν μεμαῶτας;
Νῦν δ' ἄφαρ ἀΐσσουσι λιλαιόμενοι μέγα χάρμης·
Καὶ νύ τις ἐν μέσσοισιν ἐποτρύνει πονέεσθαι·
Φαίης κεν θεὸν ἔμμεναι, ἐπεὶ μέγα μήδεται ἔργον.

Αλλ'

195. ὡς ἀδάϊκτος ἔτι πτόλις] Hoc ſequens ὡς facit, ut ὡς præcedens, Αἴδεω δ' ὡς ἔτι παῦροι, incongruum ſit & ſuſpectum: Nonne ſcribendum ibi, Αἴδεω τ' εἴ ἔτι παῦροι ἀφ' &c? Præpoſitivum reticetur, & poſtpoſitivum id reticeri indicat opportune. *Pauw.*

202. Καὶ τότε γ' ὡς ἤμελλον] Forſius τόδε γ' ὡς. *Pauw.*

204. ἀπάνευθεν ἐθάμβεον] In Aldina eſt ἀπάνευθε θάμβεον: quod peſſime in ἀπάνευσθαι θάμβεον mutaverunt Baſileenſes: Eo pertinet ſine dubio notula Rhodomanni, *Repoſui ἀπάνευθεν ἐθάμβεον. Pauw.*

Ὅς τε βαθυσκοπέλοιο διέσσυται ἄγκεα βήσσης,
Ἀφριόων γενύεσσι, καὶ ἄλγεα πολλὰ μενοινῶν
Ἢ κυσὶν, ἢ ἀγρόταις, οἵ οἱ τέκνα δηώσονται,

Ar-

353. οὔτε μὶν ὕπνος Ἀμφιχεν] οὔτε μιν ὕπνος. *Rhod.*

354. ἀλλὰ τεοῖσιν ἐν ἔντεσι δύσατο θύων] ἀλλὰ ἑοῖσιν vel θεοῖσιν. *Rhod.* Rhodomannus non male ἀλλὰ ἑοῖσιν, ut tamen dubitem, an ἑοῖσιν ἐν ἔντεσι δύσατο satis exasciatum sit: Nam δύειν & ἐνδύειν sic casum quartum amat. An legendum, ἀλλά ἑ οἷσιν ἐν ἔντεσι δύσατο θύων? Alterum Rhodomanni θεοῖσιν non est unius assis. *Pauw.*

356. Ἠ ὅγ' ἐνιπρήσῃ πυρὶ νῆας, καὶ πάντας ὀλέσσῃ] Superfluum est πυρί: Aut versus refingatur, Ἠ ὅγ' ἐνιπρήσας πυρὶ νῆας, πάντας ὀλέσσῃ. *Rhod.* Συνιζήσει scribo νίας. Brodæus τὸ πυρὶ abradit. *Dausq.* Adsentior Dausquejo: νίας καὶ Spondeus est: Ita Poëtæ plus semel: Vide Hephæstionem in Enchiridio. *Pauw.*

358. Δηώσει μελιϊστὶ] Δηώσῃ μελιϊστὶ. *Rhod.*

359.

Memor erat in tabernaculo, neque ſomnus ipſum
Amplectebatur: ſed furiatus armis ſe induit ſtrenuis;
Arripuitque enſem acutum; & atrocia animo deliberavit,
Utrum ipſe incenderet naves, & omnes exitio traderet
Argivos; an ſolum triſtifico gladio
Membratim concideret ſine mora doloſum Ulyſſem.
Hæc ita ſecum agitabat. Quibus & e veſtigio finem
impoſuiſſet:
Niſi Minerva ei rapidum immiſiſſet furorem.
Solicita enim erat in pectore ſuo de patiente Ulyſſe,
Sacrorum memor, quæ perpetuo ille ipſi offerebat.
Ideo proceri Telamoniadæ robur
Ab Argivis avertit: is vero ibat turbini ſimilis
Horrifico, triſtibus procellis gravato,
Qui nautis prodigium gelidi pavoris adfert;
Quando Pleias indefatigabilis Oceani in gurgitem
Mergitur, celebratum Oriona fugiens;
Et aëra perturbat, furitque hyeme ſalum.
Huic ſimilis ruit, quocunque ipſum membra ferebant.
Et circumquaque curſitavit, non aliter quam fera impudens,
Quæ per ſcopuloſæ anfractus vallis graſſatur,
Rictu ſpumans, & triſtia multa deſtinat
Aut canibus aut venatoribus, qui catulos ei infeſtarunt,

E

359. *Καὶ τὰ μὲν ὡς ὥρμαινε, τὰ δὴ τάχα πάντ' ἐτέλεσσεν*] Malim, *ὥρμαινεν, ἃ δὴ τάχα πάντ' ἐτέλεσσεν*, propter *τὰ* præcedens. *Pauw.*

364. *ὀδὺ ἄρ' ἦεν λαίλαπι ἶσος*] Illud *ἦεν* nimis lentum eſt & tardum pro *λαίλαπος* impetu. *Pauw.*

367. *Πληϊὰς εὖτ' ἀκάμαντος*] *Πληϊὰς* ſcripſi pro *Πλειὰς*. *Rhod.* Aldina & Baſileenſis *Πλειὰς*. *ἀκάμαντος ὠκεανοῖο* hic, ut Supra V. 333. *ἀτειρέα πόντον*. *Pauw.*

369. *Ἥιρα συγκλονέουσα*] Poſt *ὑποπτώσσουσα πειρηλυτὸν Ὠρίωνα* de Pleiade, hoc *ἦιρα συγκλονέουσα* de *λαίλαπι* minus commode ſequitur iſta forma & modo. *Pauw.*

370. *ὅππη μὲν γυῖα φέρεσκον*] *ὅππη γε μὲν* antea ſcriptum erat. *Rhod.* In Baſileenſi ſcilicet ex Aldina. *Pauw.*

371. *ἀκαιδέϊ θῆρι ἐοικὼς*, Ος &c.] A comparatione turbinis procelloſi ad comparationem feræ ſævientis hic deſultoria levitate tranſit Quintus. *Pauw.*

374. *οἵ τέκνα δηώσωσι*]

Αὐτρων ἐξερύσαντες· ὁδ' ἀμφὶ γένυσσι βεβρυχὼς,
Εἵπου ἔτ' ἐν ξυλόχοισιν ἴδοι θυμήρεα τέκνα·
Τῷ δ' εἴ τις χύρσειε, μεμηνότα θυμὸν ἔχοντι,
Αὐτοῦ οἱ βιότοιο λυγρὸν περιτέλλεται ἦμαρ·
Ως ὅγ' ἀμείλιχα θῦνε, μέλαν δέ οἱ ἔζεεν ἦτορ,
Εὖτε λέβης ἀλίαστον ἐπ' ἐσχάρῃ Ηφαίστοιο
Ροιβδηδὸν μαίνηται ὑπαὶ πυρὸς αἰθομένοιο·
Γάστρην ἀμφὶ δὲ πᾶσαν ὅτε ξύλα πολλὰ θέρηται,
Εννεσίῃ δρηστῆρος, ἐπειγομένου ἐνὶ θυμῷ,
Εὐτραφέος σιάλοιο περὶ τρίχας ὥς κεν ἀμέρσῃ·
Ως τοῦ ὑπὸ στέρνοισι πελώριος ἔζεε θυμὸς·
Μαίνεθ' ὅτ' ἠΰτε πόντος ἀπείριτος, ἠδὲ θύελλα,
Η πυρὸς ἀκαμάτοιο θοὸν μένος, εὖτ' ἀλίαστον
Μαίνηται κάτ' ὄρεσφι βίῃ μεγάλου ἀνέμοιο,
Πίπτει δ' αἰθομένη πυρὶ πάντοθεν ἄσπετος ὕλη·
Ως Αἴας ὀδυσῆϊ πεπαρμένος ὄμβριμον ἦτορ,
Μαίνετο λευγαλέως· ἄπλετος δέ οἱ ἔρρεεν ἀφρὸς
Ἐκ στόματος· βρυχὴ δὲ περὶ γναθμοῖσιν ὀρώρει·
Τεύχεα δ' ἀμφ' ὤμοισιν ὑπέβραχε· τοί δ' ὁρόωντες
Πάντες ὁμῶς ἑνὸς ἀνδρὸς ὑπετρομέεσκον ὁμωλήν·
Καὶ τότ' ἀπ' ὠκεανοῖο χίεν χρυσήνιος ἠώς·
Τπνος δ' οὐρανὸν ἀνῆϊεν, ἴκελος αὔρῃ·
Ηρῃ δὲ ξύμβλητο νέον πρὸς Ολυμπον ἰοῦσῃ

Τη-

δηώσωνται. *Rhod.* Antea conjecerat δηώσατο: quod non deterius fane. *Pauw.*

375. ὁ δ' ἀμφὶ γένυσσι βεβρυχὼς, Εἴ πῃ &c.] Sententia est imperfecta: Nam quid facit θῆε, ἀμφὶ γένυσσι βεβρυχὼς, ut videat forte catulos alicubi? Hoc deest hic, & aperte requiritur. Ne multis te morer, scribendum puto, ὁ δ' ἀμφιθίνυσσι βιβρυχὼς, Εἴ πῃ ἔτ' ἐν ξυλόχοισιν &c. *Ille vero ubique circumcursat, si forte &c.* Sic nihil aptius. Pro θέω etiam θίνω dicitur: Inde ἀμφιθίνυσι, quod imperiti non intellexerunt. In Aldina & Basileensi pro γένυσσι est γένυσι. *Pauw.*

380. ἐπ' ἐσχάρῃ Ηφαίστοιο] Pro ἀπ' ἐσχάρῃ reposui ἐπ' ἐσχάρῃ. *Rhod.* Basileensis ex Aldina ἀπ'.

E fovea extractos; Ideo maxillis infrendens,
Sicubi in ſylvis caros fœtus adhuc cernat.
Cui ſi quis occurrat, animum (ità) rabie percitæ,
Funeſtus ei tunc vitæ dies circumvertit.
Tam ferociter ille curſitabat, & atrum ipſi cor fervebat:
Sicut ahenum ad Vulcani focum graviter
Magno ſonore furit vi ignis ardentis,
Cum undique circa ventrem ejus multa ligna uruntur,
Induſtria miniſtri, magno ſtudio properantis,
Ut ſaginati porcelli ſetas evellat.
Ita magnum illius in pectore cor æſtuabat,
Et ſæviebat tanquam latifluum mare & procella,
Aut rapida vis ignis violenti, quando acriter
Furit in monte magni flatus venti,
Et undique denſa ſylva flamma ſternitur.
Ita Ajax, doloribus cor ingens lauciatus,
Lethali furore agitatur; Et larga ei ſpuma fluit
Ex ore; ac ſtridor inter dentes oritur:
Arma etiam in humeris reſonant. Græci autem videntes,
Cuncti ſimul unius viri fremitum exhorreſcunt.
Et tunc ab Oceano prodiit aurifrenis Aurora:
Et ſomnus in altum abiit Cælum, ſimilis auræ,
Occurritque Junoni, denuo ad Olympum revertenti

A

ἀπ'. *Pauw.*

381. Ῥοιβδηδὸν μαίνηται] μαίνηται durum de lebete. *Pauw.*

382. Γάσσῃ ἀμφὶ δὲ πᾶσαν] ἀμφί γε πᾶσαι. *Rhod.*

383. Ἐνισίῃ ἀρυσσάμενος] De Ἐνισίῃσι removi ultimam ſyllabam. *Rhod.* Ἐνισίῃσι Aldina & Baſileenſis: Ἐνισίῃς etiam rectum fuiſſet. *Pauw.*

384. Εὐρεαφίης σιάλοιο &c.] Hoc ridiculum & vile. *Pauw.*

386. Μαίνετ' ἄρ' ἠΰτε πόντος &c.] Μαίνετο δ' ἠΰτε πόντος. *Rhod.*

388. βίη μεγάλου ἀείρεται] Lege βίῃ in caſu primo: Et ſic etiam recte Interpres in Verſione ſua. *Pauw.*

389. Πίνεται δ' αἰθομένη] Imo πίνεσκε: Nam μαίνηται præcedit. Quam multa autem & diverſa in comparando hic miſcet homo garrulus & judicio deſtitutus! *Pauw.*

390. Ὡς Αἴας ὀδυνῇσι πεπαρμένος] ὀδύνῃσι πεπαρμένος. *Rhod.*

391. Μαίνετο λισσαλέως] Vide, ut in voce μαίνετο hæreat bonus. *Pauw.*

396. Ἕστος δ' οὐρανὸν ἀστέρι] Ἕστος δ' οὐρανὸν ὑψοῦ ἀστέρι. *Rhod.*

Τηθύος ἐξ ἱερῆς, ὅθι που προτέρη μόλεν ἠοῖ·
Ἡ δὲ ἔχυσεν ἑλοῦσ', ἐπεί οἱ πέλε γαμβρὸς ἀμύμων,
Ἐξ οὗ οἱ Κρονίωνα κατεύνασεν ἐν λεχέεσσιν
Ἰδὴς ἀμφὶ κάρηνα, χολούμενον Αργείοισιν·
Αἶψα δ' ἄρ' ἡ μὲν ἔβη Ζηνὸς δόμον, ὃς δ' ἐπὶ λέκτρα
Πασιθέης οἴμησεν· ἀνέγρετο δ' ἔνθεα φωτῶν·
Αἴας δ' ἀκαμάτῳ ἐναλίγκιος Ωρίωνι,
Φοίτα, ἐνὶ στέρνοισιν ἔχων ὀλοόφρονα λύσσαν·
Ἐν δ' ἔθορε μήλοισι, λέων ὡς ὀμβριμόθυμος,
Λιμῷ ὑπ' ἀργαλέῳ δεδμημένος ἄγριον ἦτορ·
Καὶ τὰ μὲν ἐν κονίῃσιν ἐπασσύτερ' ἄλλοθεν ἄλλα
Κάββαλεν, ἠΰτε φύλλα μένος κρατεροῖο Βορέαο
Χεῦε, ὅτ' ἀνυμένου θέρεος μέγα χεῖμα τράπηλαι·
Ὡς Αἴας μήλοισι, μέγ' ἀσχαλόων, ἀνόρουσεν,
Ελπόμενος Δαναοῖσι κακὰς ἐπὶ κῆρας ἰάλλειν·
Καὶ τότε δὴ Μενέλαος ἀδελφεῷ ἄγχι παραστὰς,
Κεύθε' ἄλλων Δαναῶν, τοῖον ποτὶ μῦθον ἔειπεν·
Σήμερον ἢ τάχα πᾶσιν ὀλέθριον ἔσσεται ἦμαρ,
Αἴαντος μεγάλοιο περὶ φρεσὶ μαινομένοιο,
Ος τάχα νῆας ἐνιπρήσει, κτανέει δὲ καὶ ὑμᾶς
Πάντας ἐνὶ κλισίῃσι, κοτεσσάμενος περὶ τεύχεων·

Ως

Rhod. Verſum non male ita ſupplet Rhodomannus. *Pauw.*

398. Τηθύος ἐξ ἱερῆς] *Ex mari ſacro:* Nam Τηθὺς hic mare eſt. Mallem, locum aliquem Junoni acceptum nominaſſet Quintus: Nam mare ita generaliter, inacceſcit. De ipſa Dea hic cogitare non poſſumus propter ſequens ὅθι. *Pauw.*

399. Ἡ δὲ ἔχυσεν ἑλοῦσ'] Ἡ δέ ἑ κύσεν ἑλοῦσ'. *Rhod.*

402. ὃς δ' ἐπὶ λέκτρα Πασιθέης οἴμησεν] Hypnus ſive Somnus. Catullus in Galliambo:

Ibi Somnus excitum Atin fugiens citus abiit:
Trepidantem eum recepit Dea Paſithea ſinu.

Vide Homerum Lib. 14. Nonnum Lib. 31. Aglaie quoque Gratiarum una Vulcano maritata fuit in Heſiodi Theogonia:

Αγλαΐην δέ οἱ Ηφαιστος ποίησεν ἄκοιτιν.

Id tam a Poëtis decore fingitur,

A Thetye ſacra, quo pridie profecta erat.
Hæc igitur illum oſculo excepit, quod bonus ipſi gener eſſet,
Ex quo Jovem in lecto ſopiverat,
Super Idæ vertice, Argivis iraſcentem.
Statim vero hæc in Jovis ædes conceſſit. At ille ad torum
Paſitheæ volavit; & gentes hominum expergiſcebantur.
Ajax interim, invicto Orioni ſimilis,
Ibat, crudelem geſtans rabiem in pectore.
Tandem in oves impetum facit: ceu leo ferox
Maleſuada fame cor efferum ſubactus;
Atque eas confertim, alias hic, alias illic in pulverem
Dejecit; ut validi Boreæ impetus frondes
Decutit, cum finita æſtate aſpera hyems revertitur,
Sic Ajax magna indignatione in oves incurrit,
Putans triſte exitium Danais ſe inferre.
Atqui tunc Menelaus ad fratrem accedens,
Clam aliis Græcis, his eum verbis affatur:
Hodie procul dubio omnibus funeſta dies aderit,
Magno Ajace animum ſic lymphatum habente:
Qui mox naves ſuccendet, & nos trucidabit
Omnes in tentoriis; dum ob arma (tantopere) iratus eſt.

tur, quam a Scaligero vellicatur inſulſe. *Dausq.*

408. *Καὶ τὰ μὲν ἐν κονίῃσιν* &c.] Hæc ad Leonem referri debent, ut aperte conſtat ex ſequenti, *Ὡς Αἴας μήλοισι, μίγ' ἀσχαλόων, ἐνόρουσεν*: Et tamen ad ipſum Ajacem ſe referunt directo, ſi verba in ordinem cogas. Quid igitur? Nullus ego dubito, quin Verſus unus aut alter ante hunc exciderit, qui Leonis quoque adumbrabat impetum. *διδυμήτορος ἄγχιστος ἑτοῖος, Ος* &c. *Pauw.*

409. *μίνυς κρατερῆϊ βορείᾳ*] *κρατεροῦ βορέαο. Rhod.*

410. *Χεῦε, ὅτ' ἀνυμέναι*] *Χεύῃ* vel *Χεῦεν. Rhod.* Non neceſſe, & ſpiritus aſper facit, ut hiatus non ſit indecorus. Ne ſimus nimium diligentes, præſertim in his. *Pauw.*

411. *μήλοισι, μίγ' ἀσχαλόων, ἀνόρουσεν*] *ἐνόρουσεν. Rhod.*

415. *Σίμβλον ἢ τάχα πᾶσιν* &c.] Hæc ſunt vere puerilia: Eane faceret unus homo? Nugæ, nugæ, præſertim in ore Ducis. *Pauw.*

417. *κτανέει δὲ καὶ ὑμᾶς*] Lege *ἡμᾶς*: Interpres etiam recte, *& nos trucidabit. Pauw.*

Ως ὄφελον μὴ τῶνδε Θέτις πρὶν δῆριν ἔθηκε,
Μήδ' ἄρα Λαέρταο πάϊς μέγ' ἀμείνονι φωτὶ
Ετλη δηριάασθαι ἐναντίον ἄφρονι θυμῷ·
Νῦν δὲ μέγ' ἀασσάμεθα, κακὸς δέ τις ἤκαχε δαίμων·
Ερκος γὰρ πολέμοιο δεδουπότος Αἰακίδαο
Μοῦνον ἔτ' ἦν Αἴαντος ἐϋ σθένος· ἀλλ' ἄρα καὶ τὸν
Ημέων ἐξολόωσι θεοὶ, κακὰ νῶϊν ἄγοντες,
Ως χεν πάντες ἄϊστον ἀναπλήσωμεν ὄλεθρον.
Ως φάμενον, προσέειπεν ἐϋμμελίης Αγαμέμνων·
Μὴ νῦν ὦ Μενέλαε, μέγ' ἀχνύμενος περὶ θυμῷ,
Σκύζεο μητιόωντι Κεφαλήνων βασιλῆϊ·
Οὐ γὰρ ὅγ' αἴτιός ἐστιν, ἐπεὶ μάλα πολλάκις ἡμῖν
Γίγνεται ἐσθλὸν ὄνειαρ, ἄχος δ' ἄρα δυσμενέεσσιν.
Ως οἱ μὲν Δαναῶν, ἀκαχήμενοι, ἠγορόωντο·
Μηλονόμοι δ' ἀπάνευθε παρὰ Ξάνθοιο ῥεέθροις
Πῶσσον ὑπαὶ μυρίκῃσιν, ἀλευάμενοι βαρὺ πῆμα·
Ως δ' ὅταν αἰετὸν ὠκὺν ὑποπτώσσουσι λαγωοὶ,
Θάμνοις ἐν λασίοισιν, ὅτ' ἐγγύθεν ὀξὺ κεκληγὼς
Πωτᾶτ' ἔνθα καὶ ἔνθα, τανυσσάμενος πτερύγεσσιν·

Ως

419. Ως ὄφελον μὴ τῶνδε Θέτις πρὶν δῆριν ἔθηκε] Quid illud πρὶν? quid τῶνδε δῆριν? Ne dubites, quin legendum ſit, Ως ὄφελον μὴ τῶνδε Θέτις πέρι δῆριν ἔθηκε. *Pauw.*

422. Νῦν δὲ μέγ' ἀασσάμεθα] ἀασάμεσθα. *Rhod.*

424. ἀλλ' ἄρα καὶ τὸν Ημέων ἐξολόωσι θεοὶ | ἐξολίσουσι vel ἐξολίκουσι: niſi magis arrideat ἐξαλαῶσι, *e nobis excutant. Rhod.* ἐξαλαῶσι dignum eſt Morbonia: Legendum vel ἐξολίσουσι vel ἐξολίκουσι. Quid autem Ημέων? An ita loquuntur Græci? Vix ac ne vix puto. An ſcribendum Ημῖν? *Nobis perdunt* vel *perdent*: Sane dativus ille non modo in bonam, ſed etiam in malam partem accipitur: Quare id hactenus accommodum eſt. Sed ubi ſequitur κακὰ νῶϊν, ipſum Ημῖν vel Ημέων minus certe quadrat, quia idem Pronomen ſic bis ingeritur perquam ingrate. An ſic tamen ipſe Quintus, cujus indolem novimus? Si ita ſentire velis, per me licet: Dubito tamen, & fors vitium aliud deliteſcit: Quid ſi legamus, ἀλλ' ἄρα καὶ τὸν Ηλιὸν ἐξολίκουσι θεοὶ, κακὰ νῶϊν ἄγοντες?

Ως

O ſi Thetis de his certamen non inſtituiſſet!
Nec Laërtæ filius longe præſtantiori viro
Litem movere auſus eſſet, animo inſipiente!
Nunc igitur magno malo obnoxii ſumus; & malus nos Genius anxios reddit.
Propugnaculum enim belli, poſt cæſum Achillem,
Solum reſtabat præſtans virtus Ajacis. Sed & hunc
Triſti interitu nobis eripiunt Dii, mala nobis accumulantes:
Ut cuncti ignobili exitio pœnas luamus.
Ita dicentem alloquitur haſtatus Agamemnon.
Ne jam, mi Menelaë, nimis animum mœrori ſubmittens,
Succenſeas prudenti Cephalenum regi (Ulyſſi).
Non enim hic in culpa eſt; cum ſæpenumero nobis
Inſigni ſit emolumento, & contra hoſtibus damno.
Talia de Danais hi mœſti inter ſe conferebant.
Paſtores autem procul ad Xanthi alveum
Exſternati ſub myricis deliteſcebant, ut grave exitium evitarent.
Ceu (ſit) ubi celerem aquilam formidant lepores,
Inter denſos frutices; quando prope acutum clangens
Huc illuc expanſis alis volitat.

Ita

τις? *Sed & hunc inſanientem menteque orbatum perdunt &c.* Id mire profecto conveniret: Quare vide & judica. *Pauw.*

429. *Σεύζιο μητιόωντι Κεφαλλήων βασιλῆϊ*] *μητιόεντι. Rhod.* Illud *μητιόωντι* hic tertia vice habemus in hoc Libro, & hic tertia etiam vice corrigit Rhodomannus: Junge Verſ. 135. & Verſ. 338. An recte, dubito propter ſcripturæ pervicaciam. An forte Calabro hoc pro illo placuit? Id mihi perquam probabile, neque abſonum, ubi *μητιῶν* conſilia agitare ſignificat. Heſychius in Lexico, *Μητίων*, *φρονιζων*, *βουλευομενος*. Alia adſcribere nolo. *μητιόων* igitur eſt, qui multa conſilia agitat, mentemque poſſidet conſiliis agitandis idoneam, prudens, verſutus, vafer. Sentiſne? Pro *Κεφαλλήων* ſcribendum eſt *Κεφαλλλήων* geminata liquida. *Pauw.*

435. *ὠκὺν ὑποπτάσσουσι λαγωοὶ*] *ὑποπτάσσουσι. Rhod.* Non neceſſe, & verborum cohærentia *ὑποπτώσσουσι* hic amat magis. *Pauw.*

437. *πτεινοσύμενοι; πτερύγισσιν*] *Se expandens alis:* Nova locutio, de qua videndum;

Ως οἵγ' ἄλλοθεν ἄλλος ὑπέτρεσαν ὄμβριμον ἄνδρα·
Οψέ δ' ὅγ' ἀγνείῳ καταχταμένου σχεδὸν ἔστη·
Καὶ ῥ' ὀλοὸν γελάσας, τοῖον ποτὶ μῦθον ἔειπε,
Κεῖσό νυν ἐν κονίῃσι, κυνῶν βόσις ἠδ' οἰωνῶν·
Οὐ γάρ σ' οὔτ' Αχιλῆος ἐρύσσατο κύδιμα τεύχη,
Ων ἕνεκ' ἀφραδέων μέγ' ἀμείνονι δηριάασκες·
Κεῖσο κύων· σὲ γὰρ οὔτι γοήσεται ἀμφιπεσοῦσα
Κουριδίη μετὰ παιδὸς ἀάσχετον ἀσχαλόωσα,
Οὐ τοκῆες· τοῖς οὔτι μετέσσεαι ἐλπομένοισι
Γήραος ἐσθλὸν ὄνειαρ, ἐπεὶ νύ σε τῆλ' ἀπὸ πάτρης
Οἰωνοί τε, κύνες τε δεδουπότα δαρδάψουσιν.
Ως ἀρ ἔφη, δολόεντα μετὰ κταμένοις Οδυσῆα
Κεῖσθαι ὀϊόμενος, μεμορυγμένον αἵματι πολλῷ.
Καὶ τότε οἱ Τριτωνὶς ἀπὸ φρενὸς, ἠδὲ καὶ ὄσσων
Ἐσχέδασεν μανίην, βλοσυρὸν πνείουσαν ὄλεθρον·
Ἡ δὲ θοῶς ἵκανε ποτὶ Στυγὸς αἰνὰ ῥέεθρα,
Ἠχι θοαὶ ναίουσιν Ερινῦς, αἵ τε βροτοῖσιν
Αἰὲν ὑπερφιάλοισι κακὰς ἐφιᾶσιν ἀνίας.
Αἴας δ' ὡς ἴδε μῆλα κατὰ χθονὸς ἀσπαίροντα,
Θάμβεεν ἐν φρεσὶ πάμπαν· ὀΐσσατο γὰρ χόλον εἶναι
Ἐκ μακάρων· πάντεσσι δ' ὑπεκλάσθη μελέεσσι,
Βλημένος ἄλγεσι θυμὸν ἀρήϊον· οὐδ' ἄρα πρόσσω
Ἐσθενεν ἀσχαλόων ἐπιβήμεναι, οὔτ' ἄρ' ὀπίσσω,
Αλλ'

Caſum tertium non regit verbum, ut pueri ſciunt. Sed an forte ſcribendum, *Πωτᾶτ' ἔνθα καὶ ἔνθα τ' ἰρμισάμενος πτερύγεσσι*, *alis innixus, alis ſeſe ſuſtulciens?* Sane hoc egregie exprimeret, quod aves facere ſolent, quando huc illuc volitant, ut eſcam ſibi quærant, eaque potiantur per inſidias: Judica. Durum eſt vulgatum: Nam cum alas expandit avis, non ſe, ſed ipſas alas expandit revera. Quare *πανσσάμενος πτερύγεσσι* ea notione profecto coactum eſt & ſcabrum. *Pauw.*

439. *ἀγνείῳ καταχταμένου σχεδὸν ἔστη*] *ἀργειῶνι. Rhod.*

446. *Οὐ τοκῆες*] *τοκίες. Rhod.* ῆ tamen ante ε corripi poteſt. *Pauw.*

450. *μεμορυγμένον αἵματι πολλῷ*] Duoviri hic ſilentes umbras

Ita illi alio alius immanem virum fugitantes extimuere.
Tandem is prope cæſum arietem adſtat,
Et funeſtum ridens, his dictis infit.
Jaceto nunc in pulvere, canum & volucrum cibus.
Nec enim ipſius te Achillis præclara arma defenderunt,
Quorum cauſa fatuus cum multo fortiori contendiſti.
Jaceto canis. Non enim te amplexa lugebit
Uxor cum filio, immoderate dolens;
Neque parentes: quibus nequaquam aderis, ut ſperant,
Commodum ſenectutis levamen: cum te procul a patria
Aves & canes obtruncatum ſint devoraturi.
Sic dixit, veteratorem Ulyſſem inter cadavera
Jacere autumans, multo ſanguine fœdatum.
Et tunc ipſi Minerva a mente & oculis
Diſcuſſit rabiem, ſævæ mortis vulnera ſpirantem.
Quæ confeſtim ad dirum Stygis amnem ſe recepit:
Ubi rapidæ verſantur Furiæ, quæ mortalibus
Superbis perpetuo diros immittunt angores.
Ajax igitur ut vidit oves humi palpitantes,
Obſtupuit toto pectore. Senſit enim fraudem eſſe
A ſuperis; & omnibus elanguit membris,
Martium cor doloribus perculſus, adeo ut nec antevorſum
Nec retrorſum præ ægritudine incedere potuerit:

Con-

bræ. Oppianus Lib. 2. de Africæ Leonibus:

—— —— *πᾶσι δὲ γυίοις*
Πηχὰ μίλαι κυάνοιο φόρει μεμορυγμένον ἄνθος.

Interpres lentabundis manibus ſcripſit interpretamentum. Scies ex Heſychio, etſi affecto: *Μεμορυγμένα* (non *Μεμορυχμένα*, quod vulgo eſt) *μεμολυγμένα*, *μυσαρὰ*, *μεμολυσμένα*, *ἰῤῥυπαμένα*, *ἠσβολισμένα* (non *ἠσβολημένα*) *μεμορωμένα ἅπαντα*. Forte etiam ante reſcribendum, *μόρῳ ἡμαγμένα*, *cæde cruentata*. *Dausq.* *μεμορυγμένον* revera vox eſt rarior, de qua Nos alibi diſtinctius: Nunc iſta non agimus. *Pauw.*

454. *Ηχι θοαὶ ναίουσιν Ερινῦς*] *ναίουσιν Ερινύες*. *Rhod.*

457. *εἶσατο γὰρ χόλον εἶναι Εκ μαχάρων*] *δόλον*: Poteſt tamen retineri *χόλον*, iram. *Rhod.* *χόλον* ſignatius eſt, quam *δόλον*: Sic enim & animus & oculi potuiſſent fallere, & vox adeſt, quæ nihil ponit certo. *Pauw.*

Αλλ' ἔστη, σκοπιῇ ἐναλίγκιος, ἥ τ' ἐν ὄρεσσι
Πασάων μάλα πολλὸν ὑπερτέρη ἐρρίζωται.
Αλλ' ὅτε οἱ παλίθυμος ἐνὶ στήθεσσιν ἀγέρθη,
Λυγρὸν ἀνεστονάχησεν· ἔπος δ' ὀλοφύρετο τοῖον·
Ω μοι ἐγὼν, τί νυ τόσσον ἀπέχθομαι ἀθανάτοισιν,
Οἵ με φρένας βλάψαντο, κακὴν δ' ἐπὶ λύσσαν ἔθεντο,
Μῆλα καταχτεῖναι, τά μοι οὐκ ἔσαν αἴτια θυμῷ;
Ως ὄφελον τίσασθαι Οδυσσέος ἀργαλέον κῆρ
Χείρεσ' ἐμαῖς, ἐπεὶ μὲ κακὴ περικάββαλεν ἄτη,
Λυγρὸς ἐὼν μάλα πάσχω· πάθοι δέ κεν ἄλγια θυμῷ,
Οππόσα μητιόωνται Ερινύες ἀνθρώπεισιν
Αργαλέοις· δοῖεν καὶ ἄλλοις Αργείοισιν
Υσμίνας ὀλοὰς, καὶ πένθεα δακρυόεντα,
Αυτῷ τ' Ατρείδῃ Αγαμέμνονι· μηδ' ὃς ἀπήμων
Ελθοὶ ἐὸν ποτὶ δῶμα, λιλαιόμενός περ ἰκέσθαι.
Αλλὰ τί μοι στυγεροῖσι μετ' ἔμμεναι ἐσθλὸν ἑόντα;
Ερρέτω Αργείων ὁλοὸς στρατός· ἐρρέτω αἰὼν
Ασχετος· οὐ γὰρ ἔτ' ἐσθλὸν ἔχει γέρας, ἀλλὰ χερείων
Τιμήεις τε πέλει, καὶ φίλτερος· ἦ γὰρ Οδυσσεὺς
Τίετ' ἐν Αργείοισιν, ἐμεῦ δ' ἀποπάσχυ λάθοντο
Εργων, ἅπποσ' ἔρεξα, καὶ ἔτλην εἵνεκα λαῶν.
Ως εἰπὼν παΐς ἐσθλὸς ἐϋσθενέος Τελαμῶνος,
Εκτόρεον ξίφος ὦσε δι' αὐχένος· ἐκ δέ οἱ αἷμα

Εσ-

461. ἥ τ' ἐν ὄρεσσι Πασάων μάλα &c.] Hæc absque judicio adjecta ſunt: Sed bonus adjicere voluit, & adjicere debuit, ut Gigantea ſua exornaret bello. *Pauw.*

469. Αλλ' ὅτε οἱ παλίθυμος] οἱ πάλι θυμὸς. *Rhod.*

467. τά μοι οὐκ ἔσαν αἴτια θυμῷ] θυμοῦ, vel ſi mavis θυμῷ: *quæ animo meo* (ſeu iræ) *cauſam non præbuerunt. Rhod.* Rectum eſt θυμῷ: μοὶ θυμῷ: pro μοῦ θυμῷ: Nihil frequentius. Id autem vertendum, *quæ animo meo non erant culpandæ*, & nullius mihi culpæ erant affines: Similiter de Ulyſſe præceſſit V. 430. Οὐ γὰρ ἔ γ' αἴτιός ἐστιν. Rhodomannus θυμοῦ vel θυμῷ male expoſuit *iram*, verbaque aliter ſumſit. *Pauw.*

469. ἐπεὶ μὲ κακὴ περικάββαλεν ἄτη] κακῇ περικάββαλεν ἄτῃ. *Rhod.*

472.

Conſtitit autem ſpeculæ ſimilis, quæ in montibus
Longe cunctis altior radicibus hæret.
Cum vero ſe animus in pectore iterum collegiſſet,
Miſeris modis ingemuit, & his verbis lamentatus eſt.
Hei mihi! cur adeo ſuperis exoſus ſum?
Qui ratione me privarunt, & triſti rabie affecerunt,
Ut oves interficerem, quæ hanc animi impatientiam
mihi non concitarunt.
Utinam de maligno Ulyſſis pectore vindictam ſumere
licuiſſet,
Manibus meis; quod in atrocem me hanc calamitatem
conjecit,
Cum homo ſit longe perditiſſimus. Patiatur autem
eos animi cruciatus,
Quos Furiæ decernunt hominibus
Flagitioſis, dentque (hæ) etiam cæteris Argivis
Exitiales pugnas, & lachrymarum plenos luctus,
Ipſique Atridæ Agamemnoni, nec is incolumis
Redeat domum ſuam, ut redire cupit.
Sed quid me juvat verſari inter ſceleratos virtute præ-
ſtantem?
Male pereat peſtilens Argivum exercitus, valeat ævum
Irrevocabile. Non enim vir bonus amplius præmiis
afficitur, ſed longe deterior
Et honoris & favoris fructum præcipit: ſiquidem Ulyſſes
In precio eſt apud Græcos: meorum vero prorſus obli-
ti ſunt
Facinorum, quæ geſſi pro popularibus, & toleravi.
Hæc ubi dixerat ſtrenuus Telamonis præſtans filius,
Enſem Hectoreum per jugulum adigit. Mox ſanguis illi
Cum

472. *δοῖσι καὶ ἄλλοις Ἀργείοισι*] *δοῖσι δὲ καὶ ἄλλοις. Rhod.*

476. *συγερεῖσι μετ' ἴμμεναι ἐσθλὸν ἰόντα*] *μετίμμεναι* potius conjunctim. *Pauw.*

477. *ἰρρίτην αἰὲν Ἀσχετος*] *Valeat ævum intolerabile*: Id *ἄσχετον* notat hic: Heſychius, *Ἀσχετον, ἀκατάσχετον, οὐκ ἀνασχετὸν, ἄφιλον.* Sic ſequentia conveniunt. Interpres perperam & imprudenter, ut vides nunc. *Pauw.*

478. *οὐ γὰρ ἔτ' ἐσθλὸν ἔχει γέ-*

Εσσύμενον κελάρυζεν· ὅ δ' ἐν κονίῃσι τανύσθη
Τυφὼν ὡς, τὸν Ζηνὸς ἐνεπρήσαντο κεραυνοὶ·
Ἀμφὶ δὲ γαῖα μέλαινα μέγα στονάχησε πεσόντος·
Καὶ τότε δὴ Δαναοὶ χίον ἀθρόοι, ὡς ἐσίδοντο
Κείμενον ἐν κονίῃσι· πάρος δέ οἱ οὔτις ἴκανεν
Ἐγγὺς, ἐπεὶ μάλα πάντας ἔχεν δέος εἰσορόωντας·
Αἶψα δ' ἄρα κλαμένου περικάππεσον· ἀμφὶ δὲ κράτα
Πρηνέες ἐκχύμενοι ἄσπετον ἀμφεχέοντο· *
Καί σφιν ὀδυρομένων, γόος αἰθέρα δῖον ἵκανεν·
Ὡς δ' ὅταν εἰροπόκων οἰῶν ἀπὸ νήπια τέκνα
Ἀνέρες ἐξελάσωσιν, ἵνα σφίσι δαῖτα κάμωνται,
Αἱ δὲ μέγ' ἀσπαίρουσι διηνεκέες μεμακυῖαι
Μητέρες ἐκ τεκέων σηκοὺς περιχηρωθέντας·

Ως

γίγας] ἰσθλὸς. *Rhod.*

484. ὅ. σ' ἐν κονίῃσι τανύσθη Τυφὼν ὡς] Ajacis molem & subjecta tibi admetiuntur:

Καί ἑ μίγαν περ ἐόντα θεὸς ἐπὶ νῆας ἔπεικαν
Πολλοὶ ἀείραντες.

Deinde συχθήμερον arfit in rogo:

—— —— ὁ δὲ νύκτα καὶ ἠῶ
Καίετο πὰρ νήεσσιν ἐπειγομένῳ ἀέρμοιο.

Ejuſdem vaſtitatem notavit e Philoſtrato Brodæus: Πάππος μὴν μοι, ξένε, πολλὰ τῶν ἀπιστουμένων ὑπὸ σοῦ γινώσκων, ὃς ἔλεγε διαφθαρῆναί ποτε τὸ σῶμα τοῦ Αἴαντος ὑπὸ τῆς θαλάσσης, πρὸς ᾗ κεῖται, ἐᾷ δὲ αὐτῷ φαντῆναι κατὰ ἐνδεκάπηχυν ἄνθρωπον. *Dausq.* Quid undecim cubiti ad Giganteam molem Typhonis? Nugantur, qui adeo puſilla ad Quintum elucidandum adducunt: Nam pro puſione habuiſſet ille, qui undecim modo cubitos exæquabat. Alia mensura Typhon, Achilles, Ajax, Pentheſilea, Memnon, aliique plures, qui hic in ſcenam prodeunt absque machinis. *Pauw.*

486. Ἀμφὶ δὲ γαῖα μέλαινα μέγα &c.] Hæc Calabri indolem egregie referunt, nec corpus undecim cubitorum efficiet cadens. *Pauw.*

490. ἀμφὶ δὲ κράτα Πρηνέες ἐκχύμενοι ἄσπετον ἀμφεχέοντο *.] Supple κόνιν ἄσπετον ἀμφιχέοντο. *Rhod.* Brodæus νέκυν deeſſe putat, nec abnuo: Ignoratione rituum ſepulcralium Rhodomannus κόνιν. Aut pulverem duntaxat affuſum voluit, quod viliorum animarum cadaveribus datum, vel ſolemnem eo verbo intellexit glebæ injectionem. At peccatur utrimque. Nam utrumque fiebat exuſto jam, immo ſepulto cadavere. Docet ipſe Calaber exeunte libro, collatisque Ajacis oſſibus:

—— ὃ.

Cum ſibilo erumpit, & ipſe in pulverem extenditur,
Ut Typhon, quem Jovis fulmina aduſſerunt.
Et circum circa nigra terra valde ingemit, eo cadente.
Atque tunc Græci frequentes acceſſerunt, ut conſpicati ſunt
In pulvere jacentem. Antea vero nemo ipſi
Propinquaverat. Quod omnes ſimul eum videntes metu præpedirentur.
Extemplo autem circum cadaver ſe proſternunt: & capitibus
Pronis in terram effuſi denſum pulverem inſpergunt,
Et lamentantium ploratus ad Jovis æthera usque aſcendit.
Sicut ubi teneros a lanigeris ovibus agnos
Paſtores abigunt, ut ſibi epulum parent,
Valde ſubſiliunt continuo cum balatu
Matres in caulis, fœtu ipſarum orbatis.

Ita

——— ——— ἐρία δ' αὐτοῦ
Χηλῷ ἐνὶ χρυσείῃ θῆκαν περὶ δὲ σφίσι γαῖαν
Χεῦαν ἀπειρεσίην.

Quamobrem tam intempeſtive hoc loco non infulcienda vox κόνιν. *Dausq.* Perquam probabiliter Rhodomannus κόνιν ἄσπετον, neque audiendus Dausquejus, qui hic pueriliter plane errat. Ne multis te morer, adſcribam modo ea, quæ Libro 3. notat Quintus in luctu Græcorum propter Achillem interfectum:

——— γόον δ' ἔμπλητον Ἀχαιοῖς
Κλαῖόν τ' οὐ ἀλίαστον, ἐπὶ ψαμάθοισι βαθείαις
Πρηνίες ἐκχύμενοι μεγάλῳ περὶ Πηλείωνι,
Χαίτας ἐκ κεφαλῆς προθελύμνους δηϊόωντες,
Ξεύμενοι δ' ἤσχυναν ἄδην ψαμάθοισι μέλοισι κάρηνα.

Homo lepidus, qui talia ignorabat in ipſo Auctore ſuo! *Pauw.*

492. Καὶ σφὶν ἀδυφείνων, γόος &c.] ἀδυφείνοις. Enallage tamen eſſe poteſt noſtro perfamiliaris. *Rhod.* Aut σφὶν ἀδυφείνων manere debet junctim, ut σφὶν ſit numerus Dualis; aut junctim legendum eſt σφὶν ἀδυφείνοις: Nam Enallage hic non convenit. *Pauw.*

495. Αἱ δὲ μίγ' ἀσκαίρουσι δινηκέες μεμαυῖαι] μίγ' ἀσκαίρουσι δινηκέϊ. *Rhod.* Recte μίγ' ἀσκαίρουσι: δινηκέες manere poteſt. Pro Αἱ δὲ ſcribendum Αἶγε, ut verba apte cohæreant: αἶγε ματέρες. *Pauw.*

496. ἐκ τεκέων σηκοὺς περιχυμβέντας] περὶ χερυβέντας. *Rhod.* ἐκ τεκέων eſt *propter filios*: Interpres male. *Pauw.*

498.

Ὡς οἵγ' ἀμφ' Αἴαντα μέγα στένον ἤματι χείνῳ
Πανσυδίη· μέγα δέ σφιν ἐπέβραχε δάσκιος Ἰδη,
Καὶ πεδίον, καὶ νῆες, ἀπειρεσίη τε θάλασσα·
Τεῦχρος δ' ἀμφ' αὐτῷ μάλα κήδετο κῆρας ἐπισπεῖν
Ἀργαλέας· τὸν δ' ἄλλοι ἀπὸ ξίφεος μεγάλοιο * *
Ὡς τε παρ' ἐσχαρέῳσι, τέφρην περιειμένος ὤμοις
Καχκεφαλῆς, μάλα πάμπαν ἀδύρετο ὀρφανὸν ἦμαρ
Μητρὸς ἀποφθιμένης, ἣ μιν ἔτρεφε νηΐδα πατρὸς·
Ὡς ὅγε κωκύεσκε, κασιγνήτοιο δαμέντος,
Ἐρπύζων περὶ νεκρὸν· ἔπος δ' ὀλοφύρετο τοῖον·
Αἶαν καρτερόθυμε, τίη νύ σοι ἔβλαβεν ἦτορ,
Οἷ αὐτῷ στονόεντα φόνον, καὶ πῆμα βαλέσθαι;
Ἢ ἵνα Τρῴῃσι υἷες ὀϊζύος ἀναπνεύσωσιν,
Ἀργείους δ' ὀλέσωσι, σέθεν κταμένοιο χιόντες;
Οὐ γὰρ τοῖσδ' ἔτι θάρσος, ὅσον πάρος, ὀλλυμένοισιν
Ἔσσεται ἐν πολέμῳ· οὐ γὰρ ἔπλεο πήματος ἄλκαρ·
Οὐδέ τ' ἐμοὶ νόστοιο τέλος σέο δεῦρο θανόντος
Ἀνδάνει, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν ὀΐομαι ἐνθάδ' ὀλέσθαι,
Ὄφρα μὲ σὺν σοὶ γαῖα φερέσβιος ἀμφικαλύπτῃ·
Οὐ γάρ μοι τοκέων τόσσον μέλει, οἵ πω ἔτ' εἰσὶν,

Εἴπου

498. μίγα δέ σφιν ἐπέβραχε] μίγ' ἀσπαίρουσι, μίγα σίσι, μίγ' ἐπέβραχε: ter hic repetitum μίγα. *Pauw.*

500. Τεῦχρος δ' ἀμφ' αὐτῷ μάλα κήδετο κῆρας ἐπισπεῖν] μὴ δῆτα. *Rhod.* Rhodomannus μὴ δῆτα: quo admisso, non ita quadrat ἀμφ' αὐτῷ. An fors κήδετο rectum est, & post ἀργαλέας desunt etiam quædam, ut τὸν δ' ἄλλοι ἀπὸ ξίφεος μεγάλοιο male illis attextum sit? Id certe verum esse posset. *Pauw.*

501. μεγάλοιο] Hanc lacunam versu hoc olim explevi, ne sensus esset mancus: Ἔσχον· ὁ δ' αἰάζων χέε δάκρυα, οὔτε κοῦρος. *Prohibuerunt: is vero lamentans lacrymas fundebat, non fetus ac puer.* Rhod. In lacunis explendis nimius fuit Rhodomannus: Ipsum autem illud, τὸν δ' ἔσχον ἀπὸ ξιφέος μεγάλοιο, rancidum est, & vix ita dicitur Græce. *Pauw.*

502. Ὡς τε παρ' ἐσχαρέῳσι] Ὡς τε. *Rhod.*

Ibid. τέφρην περιειμένος ὤμοις] Hoc aperte explicat & statuminat illud κόνιν ἔσχατον Rhodomanni V. 491. Et tamen ita ce-

Ita Græci circa Ajacem valde plangebant illo die,
Totis caſtris; magnumque remittebat ſonitum umbroſa Ida,
Et campus atque naves, nec non lativagum mare.
Teucer vero propter ipſum volebat ſibi mortem conſciſcere
Funeſtam, ſed alii ab ingenti eum gladio (prohibebant),
Qui juxta focum humeros cinere conſperſus
Deſuper a capite, majorem in modum deplorat orbitatis tempus,
Matre defuncta, quæ patre orbatum eum educavit.
Sic & ille ejulabat, fratre confoſſo,
Reptans circa cadaver, & hæc verba lugens emiſit.
Ajax magnanime, quid tibi mentem ita corrupit,
Ut tibi ipſi mortem lamentabilem & exitium afferres?
Ideone? ut Trojugenæ a calamitate reſpirarent,
Et Argivos peſſumdarent, te ſublato irruentes?
Non enim his ultra, ut prius, fiducia pereuntibus
In prælio, erit. Tu enim præſidium adverſus (omnem) cladem eras.
Ac nec mihi reditus, te hic extincto, maturatio
Grata eſt: ſed me etiam arbitror hic interiturum eſſe;
Ut tecum me tellus frugifera operiat.
Non enim tam ſolicitus ſum de parentibus, qui forte adhuc ſuperſunt,

Si

cæcutiit, & cæcutire potuit Dausquejus? *Pauw.*

503. *Καικιφαλῆς*] Pro *καὶ ἰκ κεφαλῆς*: Moneo, ne verba ſint ſcabra, ut ſunt certe, ſi cum Interprete copulam omittas. Ubi *ὅμως* præcedit, *Καὶ κεφαλῇ* etiam non ineptum fuiſſet. *Pauw.*

Ibid. *ἐδύρετο ἀμφαὶ ἦμαρ*] *ἐδδύρεται. Rhod.*

504. *ἤ μιν ἔτρεφε νηΐδα πηδὸν*] *ἤ μιν τρέφε. Rhod.*

509. *ἀϊζόος ἀιακτιδώσιν*] *ἀμπτιδώσιν. Rhod.*

511. *ἀλλυμένοισιν*] *Se perditos exiſtimantibus, & jam periiſſe credentibus*: Ita accipiendum: Alias ineptiret *οὐ γὰρ τοῖσδ' ἔτι θάρσος ἀλλυμένοισιν ἔσσεται ἐν πολέμῳ. Pauw.*

512. *οὐ γὰρ ἔπλεο πήματος ἄλκαρ*] *σὺ γὰρ ἔπλεο. Rhod.*

513. *Οὐδέ σ' ἐμοὶ νόστοιο φίλην*] Mallem, *Οὐδ' ἔτ' ἐμοὶ. Pauw.*

516. *εἰ σὺ ἔτ' εἶσιν*, *Ἕκτωρ*

Si

Εἴπου ἔτ' ἀμφινέμονται ἔτι ζωοὶ Σαλαμῖνα,
Ὅσσον σεῖο θανόντος, ἐπεὶ σύ μοι ἔπλε κῦδος.
Ἡ ῥὰ μέγα στενάχων· ἐπὶ δ' ἔστενε δῖα Τέκμησα,
Αἴαντος παράκοιτις ἀμύμονος, ἣν περ ἑοῦσαν
Λητὶδ' ἦν, σφετέρην ἄλοχον θέτο, καί μιν ἁπάντων
Τεῦξεν ἄνασσαν ἔμεν, ὅσσων ἀνὰ δῶμα γυναῖκες
Ἐδνωταὶ μεδέουσι, παρ' ἀνδράσι κουριδίοισιν·
Ἣ δέ οἱ ἀκαμάτῃσιν ὑπ' ἀγκοίνῃσι δαμεῖσα,
Εὐρυσάκην τέκεθ' υἱὸν, ἐοικότα πάντα τοκῆϊ·
Ἀλλ' ὁ μὲν οὖν ἔτι τυτθὸς ἐνὶ λεχέεσσι λέλειπτο·
Ἡ δὲ μέγα στενάχουσα, φίλῳ περιπάπτεσε νεκρῷ
Ἐντυπὰς κονίῃσι, καλὸν δέμας αἰσχύνουσα·
Καί ῥ' ὀλοφυδνὸν ἄϋσε, μέγ' ἀχνυμένη κέαρ ἔνδον·
Ὤ μοι ἐγὼ δύστηνος, ἐπεὶ θάνες, οὔτι δαϊχθείς
Δυσμενέων παλάμῃσιν ἀνὰ μόθον, ἀλλά οἱ αὐτῷ·
Τῷ μοι πένθος ἄλαστον ἐποίχεται· οὐ γὰρ ἐώλπειν
Σεῖο καταφθιμένοιο πολύστονον ἦμαρ ἰδέσθαι
Ἐν Τροίῃ· τὰ δὲ πάντα κακαὶ διὰ χεῖρες ἔχευαν·
Ὡς μ' ὄφελον τοπάροιθε τραφερὴ χάνε γαῖα, *
Πρὶν

ἔτ' ἀμφινέμονται &c.] Hæc implicita ſunt & contorta: Quid autem ter repetitum ἔτι? Itane loquatur quiſquam, cui lingua eſt paulo eruditior? Scribendum, niſi fallor, εἴ πω ἔτ' εἰσὶν, Καί που ἐκαμφινέμονται ἔτι ζωοὶ Σαλαμῖνα. *Pauw.*

518. ἐπεὶ σύ μοι ἔπλε κῦδος] ἔπλεο κῦδος. *Rhod.*

519. ἐπὶ δ' ἔστενε δῖα Τέκμησα] Τέκμησσα. *Pauw.*

521. Λητὶδ' ἦν, σφετέρην ἄλοχον θέτο] Λητίδην. *Rhod.* Non inconcinne repoſuit Brodæus Λητίδην. Nec repudiari queat Λητίδα ἦν, *prædam ſuam.* Nec Λητίδα, σφετέρην ἄλοχον θέτο: Uti inferius: Καὶ τοκέων εἶρυσας ἄμ' ἄλλαις λητίδεσσι. Horatius:

Uſſit Ajacem Telamone natum
Forma captivæ dominum Tecmeſſæ.

Dausq. Cum Rhodomanno ſcribo Λητίδην: Alia naſutis concedo libens. *Pauw.*

528. Ἐντυπὰς κονίῃσι] Ἐντυπὰς ἐν κονίῃσι. *Rhod.* Inſertæ præpoſitura erit adminiculo ἐν κονίῃσι. Sic Homerus Iliad. Ω. Sic Apollonius Lib. I.

— πατὴρ ἑλοῦ ἐπὶ γυίοις
Ἐντυπὰς ἐν λεχέεσσι καλυψάμενος γεράεσσι.

Scho-

Si vivi adhuc potiuntur Salamine;
Quam de te mortuo. Nam tu mihi insigni ornamento eras.
Hæc magno dixit gemitu: Et addebat suspiria nobilis Tecmessa,
Strenui Ajacis conjunx. Quam licet
Captivam, uxoris loco habuit, ipsamque omnium
Dominam esse fecit, quæ in ædibus matronæ
Dotatæ gubernant, cum maritis in virginitate desponsatis.
Hæc autem fortibus ejus brachiis compressa,
Filium Eurysacem peperit, omnia patri similem.
Verum hic tum adhuc tener in cunabulis relictus erat.
Sed mater valde ingemiscens, prope amicum cadaver se prostravit,
Membris pulveri impressis, & elegans corpus deformavit:
Atque lugubrem extulit vocem, magnum intimo corde dolorem persentiens.
Heu, quam infelix ego sum, postquam occidisti, non quidem confectus
Hostium manibus in prælio, sed a teipso.
Ideo me intolerabilis luctus invadit. Non enim sperassem,
Te exstincto me in ærumnis & squalore vitam ductu-ram esse,
Ad Trojam; sed hæc omnia malignæ dissipaverunt Parcæ.
Utinam me olim penitus hiatu deglutiisset alma tellus,
An-

Scholia: ἄγαν περιεσφιγγμένος, ὡς πάντα τὰ μέλη ἐκτυποῦσθαι ἐκ τῆς σφίγξεως. Tum producit Homeri verba. *Dausq.*

529. μέγ' ἀχνυμένη] Præcessit proxime μέγα στενάχουσα: An forte scriptum hic μάλ' ἀχνυμένη, & in istis particulis etiam alibi erratum apud Quintum? Vide & judica, *Pauw.*

534. τὰ δὲ πάντα κακαὶ διὰ χεῖρες ἔχευαν] κῆρες ἔχευαν. *Rhod.*

535. Ως μ' ὄφελον τοπάροιθε τραφερὴ χάνε γαῖα *] τοπάροιθε μάλα, vel περὶ, vel ἄδην. *Rhod.* Rhodomannus, ut vides: Ego aliud latere suspicor: χάνε cum casu tertio construi solet: Quid autem μ' ante ὄφελον? Casus sane quartus potius, quam tertius; Et quid igitur obstat, quominus apte & perspicue legamus, Ως ὄφελον τοπάροιθεν ἐμὲ τραφερὴ χάνε γαῖα? Nihil cer-

Πρὶν σέο πότμον ἰδέσθαι ἀμείλιχον· οὐ γὰρ ἔμοιγε
Ἄλλο χερειότερόν ποτ' ἐσήλυθεν εἰς Φρένα πῆμα,
Οὐδ' ὅτε με πρώτιστον ἐμῆς ἀπὸ τηλόθι πάτρης,
Καὶ τοκέων εἴρυσας ἅμ' ἄλλαις ληϊάδεσσι,
Πολλ' ὀλοφυρομένην, ἐπειὴ νύ με τοπρὶν ἄνασσαν
Αἰδοίην περ ἐοῦσαν ἐπήϊε δούλιον ἦμαρ·
Ἀλλά μοι οὔτε πάτρης Θυμηδέος, οὔτε τοκήων
Μέμβλεται οἰχομένων, ὁπόσον σέο δηωθέντος,
Οὕνεκά μοι δειλῇ θυμήρεα πάντα μενοίνας,
Καί ῥά μ' ἔθηκας ἄκοιτιν ὁμόφρονα, καὶ ἔφησθα
Τεύξειν αὐτίκ' ἄνασσαν ἐϋκτιμένης Σαλαμῖνος,
Νοστήσας Τροίηθεν· τά δ' οὐ θεὸς ἄμμι τέλεσσεν·
Ἀλλὰ σὺ μὲν ἄϊστος ἀποίχεαι, οὐδέ νύ σοι περ
Μέμβλετ' ἐμεῦ, καὶ παιδός, ὃς οὐ πατρὶ τέρψεται ἦτορ,
Οὐ σέο κοιρανίης ἐπιβήσεται, ἀλλά μιν ἄλλοι
Δμῶα λυγρὸν τεύξουσιν, ἐπεὶ πατρὸς οὐκ ἔτ' ἐόντος,
Νηπίαχοι κομέονται ὑπ' ἀνδράσι μάλα πολλὸν
Χειροτέροις· ὀλοῇ γὰρ ἐπ' ὀρφανίῃ βαρὺς αἰὼν
Πᾶσι πέλει, καὶ πήματ' ἐπ' ἄλλοθεν ἄλλα χέονται·
Καὶ δέ με δειλαίην τάχα δούλιον ἄξεται ἦμαρ,
Οἰχομένου σέο πρόσθεν, ὅ μοι θεὸς ὡς ἐτέτευξο.

Ως

te. Potes etiam Ως γ' ὄφελον, si ne literam perdere velis. *Pauw.*

545. καὶ ἔφησθα] καί ῥά μ' ἔφησθα. *Rhod.* Ingrate Rhodomannus καί ῥά μ' ἔφησθα, ubi καί ῥά μ' ἔθηκας præcedit: Aliud sine dubio requiritur. An legendum, καί κεν ἔφησθα? *Pauw.*

547. Νοστήσας Τροίηθεν· τά δ' οὐ &c.] Calabri more extriveris v. Supra: — Κρήτηθε πάρ' Ἰδομενῆος ἀγαῦου. Lib. 7. Μὴ δή μοι Τροίηθε κακὴ φάτις οὖας' ἵκηται. Lib. 8. Μέμνη Φρυγίηθε μελόντα. Lib. 10. Οὐ γάρ τις Θήβηθε μειλίφρονα οἶτον ἀκούσει. *Dausq.* Rhodomannus pro Aldino & Basileensi Τροίηθεν, in contextu posuit Τροίηθε. *Pauw.*

548. Ἀλλὰ σὺ μὲν ἄϊστος ἀποίχεαι] Ἀλλὰ σὺ νῦν μὲν. *Rhod.* Correctio in proclivi: Ἀλλὰ σὺ νῦν μὲν ἄϊστος. Præstabilior tamen: Ἀλλὰ σύ μοι μὲν ἄϊστος ἀποίχεαι. Ita Lib. 3. Calaber: — νῦν οἴχῃ ἄϊστος ὑπὲρ ζόφον. Cur au-

Antequam atrocis tui fati ſpectatrix eſſem. Non enim mihi
Alia unquam acerbior pectus invaſit miſeria,
Ne quidem tum temporis, quo primum me longe cara patria
Et parentibus raptabas, inter alias captivas,
Valde plangentem, quod me, quæ regina prius
Fuiſſem magnifica, ſervilis conditio tunc oppreſſiſſet.
Sed tamen nec propter jucundam patriam, nec propter parentes
Amiſſos tam curis afficior, quam ob tuum interitum;
Propterea quod miſeræ mihi omnia animo meo grata cupiebas:
Et me unanimem conſtituiſti uxorem; ac pollicebaris, quod me
Cultæ Salaminis propediem reginam facturus eſſes,
A Troja reverſus. Quæ deus nobis haud perfecta dedit.
Sed tu interim ex viventium conſpectu diſcedis, nec ulla te
Mei aut pueri cura tangit; Qui patre animum non exhilarabit:
Nec in regnum tuum (ſucceſſor) evehetur, ſed ipſum alii
Vile mancipium facient: Nam patre non amplius ſuperſtite
Infantes ſubjecti ſunt curæ hominum proh multo
Deteriorum; in funeſta enim orbitate moleſta vitæ conditio
Omnibus exiſtit, & aliunde aliæ ærumnæ accumulantur.
Quin & me miſeram ſervilis mox vitæ ſtatus abripiet,
Te ante abrepto, qui mihi Dei inſtar eras.

Ita

autem ἀποίχεσθαι ſit *ad plures abire* diximus notis ad Baſilium Seleuciæ. *Dausq.* Rhodomanni correctionem ſequor. *Pauw.*

552. κεμίονται ὑπ' ἀνδράσι μάλα πολλοὶ] ὑπ' ἀνδράσιν αἳ μάλα πολλοὶ. *Rhod.* Ἀνδράσι τὸ α perpetim corripit. Scriptum oportuit ἄνδρεσσιν, vel ἀνδράσιν ὡς μάλα. *Dausq.* ἄνδρεσσι vel ἀνδράσσι non diſplicet. μάλα πολλοὶ eſt *ſæpe, plerumque, ut plurimum*: Interpres male. *Pauw.*

555. δούλιον ἄξεται ἡμᾶς] Vel ἴξεται. *Rhod.* Revera melius eſt ἴξεται. *Pauw.*

Ως φαμένην, προσέειπε φίλα φρονέων Αγαμέμνων·
Ω γύναι, οὐ νύ σέ τις δμωὴν ἔτι θήσεται ἄλλος,
Τεύκρου ἔτι ζώντος ἀμύμονος, ἠδ' ἐμεῦ αὐτοῦ,
Αλλά σε τίσομεν αἰὲν ἀπειρεσίοις γεράεσσι,
Τίσομεν ὥς τε θεὴν, καὶ σὸν τέκος, ὡς ἔτ' ἐόντος
Αντιθέου Αἴαντος, ὃς ἔπλετο κάρτος Αχαιῶν·
Αἴθ' ὄφελον μήδ' ἄλγος Αχαιΐδι θήκατο πάσῃ
Αὐτὸς ἑῇ ὑπὸ χειρὶ δαμείς· οὐ γάρ μιν ἀπείρων
Δυσμενέων σθένε λαὸς ὑπ' Αρῃι δηώσασθαι.
Ως ἔφατ', ἀχνύμενος κέαρ ἔνδοθεν· ἀμφὶ δὲ λαοὶ
Οἰκτρὸν ἀνεστονάχησαν, ἐπίαχε δ' Ελλήσποντος
Μυρομένων, ὀλοὴ δὲ περὶ σφίσι πέπταται ἀνίη·
Καί δ' αὐτὸν λάβε πένθος Οδυσσέα μητιόωντα
Κείνου ἀποκταμένοιο· καὶ ἀχνύμενος κατὰ θυμὸν,
Τοῖον ἔπος μετέειπεν ἀκηχεμένοισιν Αχαιοῖς·
Ω φίλοι, ὡς οὔ πω τὶ κακώτερον ἄλλο χόλοιο
Γίγνεται, ὅς τε βροτοῖσι κακὸν ἐπὶ δῆριν ἄέξει·
Ος καὶ νῦν Αἴαντα πελώριον ἐξορόθυνεν,
Αμφ' ἐμοὶ ἐν φρεσὶν ἧῃσι χολούμενον· ὡς ὄφελόν μοι
Μή ποτε Τρῳῇσι υἷες Αχιλλέος εἵνεκα τευχέων,
Νίκην ἀμφεβάλοντ' ἐριδευέα, τῆς πέρι θυμὸν
Αχνύμενος πάϊς ἐσθλὸς ἐϋσθενέος Τελαμῶνος,
Ωλετο χερσὶν ἑῇσι· χόλου δέ οἱ οὔτι ἔγωγε
Αἴτιος, ἀλλά τις αἶσα πολύστονος, ἥ μιν ἐδάμνα·

Εἰ

559. Τεύκρου ἔτι ζώντος ἀμύμονος, ἠδ' &c.] Versus male habet: Scribe Τεύκρου ἔτι ζώοντος: nisi malueris Τεύκρου τοῦδε ζώντος, quia ἔτι præcedit: Sed id non displicet hic, & alia voculæ significatio est ibi. *Pauw.*

564. οὐ γάρ μιν ἀπείρων Δυσμενίων σθένε λαὸς] Illud ἀπείρων ex asse Quintianum est. *Pauw.*

565. ὑπ' Αρῃι δηώσασθαι] ὑπ' Αρεϊ. *Rhod.* Adsentior, quamquam hic η ab ι etiam corripi potest. *Pauw.*

569. Οδυσσέα μητιόωντα] Hic μητιόωντα iterum recurrit, & Rhodomannus silet. *Pauw.*

573. ὅς τε βροτοῖσι κακὸν ἐπὶ δῆριν ἄέξει] κακὴν ἐπὶ δῆριν. *Rhod.* Rhodomannus κακὴν ἐπὶ δῆ-

δῆ-

Ita dicentem affatur amice affectus Agamemnon:
Heus puella: Nemo deinceps te servituti addicet alius,
Forti Teucro & me inter vivos agente:
Sed te multis assidue muneribus prosequemur,
Et divæ loco honorabimus, sobolemque tuam: non minus, quam si adhuc superstit
Semideus Ajax, qui robur Græcorum erat.
Utinam non toti Græciæ luctum creasset;
Dum sua se manu peremit. Nec enim innumerabile
Hostium agmen Marte eum profligare valuisset.
Sic ait, anxius intimo pectore. Et passim milites
Miseris modis plangebant, adeo ut Hellespontus repercuteret
Planctus; Tam sæva inter eos grassabatur ægritudo.
Ipsum etiam Ulyssem, consilio præstantem, luctus prehendit,
Illius trucidati causa: animumque tristitia gravatus,
Hujusmodi verbis ad mœrentes Argivos dixerunt.
Commilitones Carissimi, quam nihil unquam ira pernitiosius
Esse solet! quæ damnosam inter homines litem excitat.
Quæ nunc etiam Ajacem procerum ad furorem impulit,
In me animo suo exacerbatum. Vellem autem, ut mihi
Nunquam Trojani captivi de Achillis armis
Victoriam insignem tribuissent: Propter quam animo
Perturbatus fortis Telamonis robusti natus
Suis sibi manibus pernitiem intulit. Bilis autem ejus mihi nequaquam
Imputanda est, sed fato cuipiam tristi, quod ipsum evertit.

Si

δῆρα: Non necesse: Nam κακὸν hic substantivum esse potest, & per appositionem connecti cum ὅς: Ita Græci centies, ut nemo nescit Græce doctus. Et hoc jucundius certe, quam κακήν, si attendas. Cogitabam primo, cum Rhodomanni suspicionem oculis usurpabam, ὅς τε βροτοῖσι κακὸν ἐπὶ δηρὸν ἀέξει. *qua facit, ut malum hominibus diutius duret.* ἐπὶ δηρὸν, in longum tempus, longius, diu: Et hoc non modo per se bonum

 est,

Εἰ γάρ μοι κέαρ ἔνδον ἐνὶ στέρνοισιν ἐώλπει
Κεῖνον ἀλαστήσειν καθ' ἓὴν νόον, οὔτ' ἂν ἔγωγε
Ηλθον ἐριδμαίνων νίκης ὕπερ, οὔτέ τιν' ἄλλων
Εν Δαναοῖσιν ἔασα, μεμαότα δηριάασθαι·
Αλλά γε αὐτὸς ἔγωγε θεουδέα τεύχε' ἀείρας,
Προφρονέως ἂν ἔασα, καὶ εἴ τι περ ἄλλο μενοίνα·
Νῦν δέ μιν οὔτι ἔγωγε μέγ' ἀχνύμενον χαλεπῆναι
Ωϊσάμην μετόπισθεν, ἐπεί ῥά οἱ οὔτε γυναικὸς,
Οὔτε περὶ πτόλιος μαχόμην, οὔτ' εὐρέος ὄλβου,
Αλλά μοι ἀμφ' ἀρετῆς νῖκος πέλεν, ἥς πέρι δῆρις
Τερπνὴ γίγνεται αἰὲν ἐΰφροσιν ἀνθρώποισι·
Κεῖνος δ' ἐσθλὸς ἐὼν, στυγερῇ ὑπὸ δαίμονος αἴσῃ
Ηλιτεν· οὐ γὰρ ἔοικε μέγ' ἀσχαλάαν ἐνὶ θυμῷ·
Ανδρὸς γὰρ πινυτοῖο, καὶ ἄλγεα πόλλ' ἐπιόντα
Τλῆναι ὑπὸ κραδίῃ στερεῇ φρενὶ, μήδ' ἀκάχησθαι.
Ως φάτο Λαέρταο κλυτὸς παῖς ἀντιθέοιο·
Αλλ' ὅτε δὴ κορέσαντο γόου, καὶ πένθεος αἰνοῦ,
Δὴ τότε Νηλέος υἱὸς ἔτ' ἀχνυμένοισιν ἔειπεν·
Ω φίλοι, ὡς ἄρα κῆρες ἀνηλέα θυμὸν ἔχουσαι,
Ημῖν αἶψα βάλοντο λυγρῷ ἐπὶ πένθεϊ πένθος,
Αἴαντος φθιμένοιο, πολυσθενέος τ' Αχιλῆος,
Αλλων τ' Αργείων, ἠδ' υἱέος ἠμετέροιο,
Αντιλόχου· ἀλλ' οὔτι θέμις κταμένους ἐνὶ χάρμῃ
Κλαίειν ἤματα πάντα, καὶ ἀσχαλάαν ἐνὶ θυμῷ·
Αλλὰ γόου λήσασθαι ἀερκέος, οὕνεκ' ἄμεινον

Eg-

est, sed etiam hic convenit, ubi ipse Ulysses inquit V. 587. Νῦν δέ μιν οὔτι ἔγωγε μέγ' ἀχνύμενον χαλεπῆναι Ωϊσάμην μετόπισθεν, ἐπεί &c. Id tamen vulgatæ non substituam, satis integræ & syncerae. *Pauw.*

582. Κεῖνον ἀλαστήσειν] & sic κακὸν αἶξαι ἐπὶ δηρὸν: Hoc pulchre etiam ad lectionem illam alludit. *Pauw.*

585. Αλλά γε αὐτὸς ἔγωγε θεουδέα &c.] Αλλὰ καὶ αὐτὸς, vel quod verisimilius, Αλλά εἰ αὐτὸς. *Rhod.* Sine dubio scribendum Αλλὰ καὶ αὐτὸς: Sic oratio apte connectitur, quæ alias male cohæret: οὔτ' ἦλθον, ἀλλὰ

Si enim hoc mihi mens in pectore præsagiisset,
Ipsum tam immoderato animo (id) laturum, certe ego
De victoria cum ipso non suscepissem certamen, nec quemquam alium
Inter Danaos qui voluisset litigare, passus essem;
Sed egomet arma tunc divina sublata ipsi
Ultro permisissem, & si quid aliud expetivisset.
Jam vero ego ipsum nunquam doloris molestiæ adeo succubiturum
Existimavi deinceps, quando cum ipso nec de uxore,
Nec de urbe controversarer, nec de ampla possessione:
Sed mihi de virtute contentio erat, cujus nomine certamen
Jucundum perpetuo inter cordatos homines exsistit.
Ideo ille quamvis virtute præstans, iniqua Dei sorte
Peccavit. Non enim decet animum iræ submittere.
Prudentis namque viri (est) res adversas, etiam confertim ingruentes,
Forti animo tolerare, nec propterea mœrori succumbere.
Sic ait celebris Laërtæ præstantis filius.
Ubi vero satietas gemitus queruliquc luctus eos ceperat;
Tandem Neleo satus adhuc contristatis verba fecit.
O amici quam immisericordem affectum habent Parcæ!
Luctum enim luctui funesto repente nobis cumularunt;
Quando Ajax & prævalidus Achilles interiit,
Aliique Argivi, nec non filius meus
Antilochus. At neutiquam fas cæsos in bello
In omne tempus deplorare, & impatiente animo esse,
Sed indecori fletus (tandem) oblivisci; Nam satius (est)

Fa-

ἀλλὰ καὶ: *non modò non venissem, sed etiam.* Et hoc Rhodomannus non animadvertit. *Pauw.*

590. Ἀλλά μοι ἀμφ' ἀριστῆς τῖκος πίλει] τεῖκος πίλει. *Rhod.*

600. Ἡμῖν αἶψα βάλοντο] Ita recte Aldus: Basileenses perperam αἴψ' βάλοντο: Pro quo Rhodomannus αἴψ' ἰβάλοντο. *Pauw.*

604. καὶ ἀσχαλάαν ἰνὶ θυμῷ] Idem Hemistichium habes V. 593. præced. *Pauw.*

605. Ἀλλὰ γάω λήσασθαι ἀιρκίος] ἀτειχίος. *Rhod.* Nec mihi,

Εσθειν, ὅσσα βροτοῖσιν ἐπιφθιμένοισιν ἔοικεν,
Πυρκαϊὴν καὶ σχῆμα καὶ ὀστέα ταρχύσασθαι·
Νεκρὸς δ' οὔτι γόοισιν ἀνέγρεται, οὐδέ τι οἶδε
Φράσασθαι, εἴτε οἱ κῆρες ἀμείλιχοι ἀμφικάνωσιν.
Ἡ ῥα, παρηγορέων· περὶ δ' ἀντίθεοι βασιλῆες
Ἀθρόοι αἰψ' ἀγέροντο, μέγ' ἀχνύμενοι κέαρ ἔνδον·
Καί ἑ μέγαν περ ἐόντα, θοὰς ποτὶ νῆας ἔνεικαν
Πολλοὶ ἀείραντες· κατὰ καὶ σπείρεσσι κάλυψαν,
Αἶμ' ἀποκαθήραντες, ὅ οἱ βριαροῖς μελέεσσι
Τερσόμενον περίκειτο σὺν ἕντεσι, καὶ κονίῃσι·
Καὶ τότ' ἀπ' Ἰδαίων ὀρέων φέρον ἄσπετον ὕλην
Αἰζηοὶ· πάντη δὲ νέκυν περιδινήσαντο·

Πολ-

nec Brodæo displiceat ἀειπίες. Istud alterum tamen non rejiculum, valeatque notare *gemitum immodicum*, qui rationis septa vel cancellos transgrediatur. *Dausq.* Revera ἄειρκτος sese tueri potest: ἕρκος, septum, claustrum: ἄειρκτος, quod septo, quod claustro caret: unde pro immodico, & fine ac modo carente accipi potest. *Pauw.*

606. ὅσσα βροτοῖσιν ἐπιφθιμένοισιν ἔοικεν] Malo ἐπὶ φθιμένοισιν disjunctim. *Pauw.*

607. Πυρκαϊὴν καὶ σχῆμα καὶ ὀστέα ταρχύσασθαι] καὶ σῆμα: πάντα, quod ante ταρχύσασθαι per injuriam sedem fixerat, exterminavi. *Rhod.* Interpres, *Pyram, & tumulum, & ossa terræ mandare:* Et Græca & Latina ineptiunt: Quid σχῆμα hic? An pro eo legendum σῆμα? Sed quid σῆμα, quid πυρκαϊὴν ταρχύσασθαι, quæ separari non possunt? Nugæ, & nugarum nugæ. Scribendum suspicor, Πυρκαϊὴν κατακῆσαι ἰδ' ὅσια ταρχύσασθαι. Id omnes intelligunt, & Sermonis Analogia amat. Cum κατακῆσαι male separatum fuit, κατα in καὶ transiit, & κῆσαι in σχῆμα: Nihil facilius. Illud πάντα, quod in Editione Aldina & Basileensi ante ταρχύσασθαι extat, unde enatum sit, ego non assequor: Videndum. Sed an forte pro ταρχύσασθαι in Libris quibusdam fuit κτερίξαι? Sic certe exhibere potuissent illi, Πυρκαϊὴν κατακῆσαι ἰδ' ὅσια πάντα κτερίξαι. κτερίξαι idem, quod κτερεϊξαι: Hesychius in Lexico, Κτερίζω, κτᾶμαι, σκυλεύω, ἐνταφιάζω. Κτερίσαι, καὶ κτερίξαι, θάψαι, ἐνταφιάσαι. *Pauw.*

608. Νεκρὸς δ' οὔτι γόοισιν] οὔτε γόοισιν. *Rhod.* Recte propter sequens οὐδὲ. *Pauw.*

609. Φράσασθαι, εἴτέ οἱ κῆρες ἀμείλιχοι ἀμφικάνωσιν] Φράσασθ', εἴτέ οἱ κῆρες ἀμείλιχοι ἀμφι-

Facere ea, quæ hominibus defunctis debentur,
Pyram & tumulum, & ossa terræ mandare.
Mortuus enim nunquam lamentis revocatur, nec quidquam novit
Ad rationem exigere, simulac immites eum Parcæ absorbuerunt.
His dictis solabatur eos. Divini ergo reges
Frequentes statim convenerunt, magno animos mœrore perturbati:
Et Ajacem quamlibet magnum, ad citas naves portarunt
Multi pariter levantes; linteisque involverunt
Post ablutum cruorem, qui validis ejus membris
Siccus adhærebat, una cum armis & pulvere.
Et tunc e montibus Idæis multum materiæ detulerunt
Juvenes, & undique circa cadaver aggesserunt.

Pri-

φιχάνωσιν. *Rhod.*

612. μέγαν περ ἐόντα] *magnum: περ* hic vacat, ut alibi sæpe: Interpres male. *Pauw.*

613. κατὰ καὶ στείρεσσι κέλυψαν] κατὰ δὲ. *Rhod.* Brodæus στείρεσι. Recte. Forte στείρηι, sepulcrales ut intelligat fascias, quæ Aristophani aliisque χειρίαι. *Dausq.* στείρηι malo, quam στείρεσι: Nam στείρεσσι ista forma etiam suspectum est mihi. *Pauw.*

614. Αἷμ' ἀποκαθήραντες, ὅ οἱ βριαροῖς &c.] ἀποφαιδρύναντες, ὅ. *Rhod.* Ita Rhodomannus in Corrigendis: Antea conjecerat in Notis, Αἷμα καθήραντες, τό μέ οἱ: quod moneo, quia erunt forte, quibus id non displicebit: Ego alterum præfero: Calaber Infra Lib. 8. V. 485. Καί μιν κόσμιον, καὶ ἰδρῶτα, λύθρον τ' ἀποφαιδρύναντο Κύμασιν ἐμβιβαῶντες ἐϋῤῥόου Ελλησπόντου. *Pauw.*

615. σὺν ἵπποισι καὶ ὀχεσφι] Hæc ad περίκειτο pertinent sine dubio: Ingratum autem est σὺν ἵπποισι ita positum & constructum. Vellem scripsisset Auctor, Τετρόμενον περίκειτο σὺν ἰδρῷ καὶ κονίῃσι, ut in loco simili, quem ex Libro 8. paulo ante adscripsimus. *Pauw.*

617. πάντη δὲ νέκυν περιδινήσαντο] περιηγήσαντο. *Rhod.* Undiquaque circum mortuum decurrebant, in armis saltitabant. Distinctius Apollonius Lib. 2. Argonaut.

Τρὶς περὶ χαλκείοις δίχα τεύχεσι δινηθέντες
Τύμβῳ ἐπεκτερέϊξαν. ——

Qui Libro primo de tali honorario tripudio:

Σκαίροντες βητάρμονα ἐνόπλιον ὀρχήσαντο.

Istam ergo solemnem in funere decursionem in orbem τῷ πάντη περιδινήσασθαι Poëta expressit; uti Lib. 5. motionem in orbem nomine exinde du-

Πολλὰ δ' ἄρ' ἀμφ' αὐτῷ θῆκαν ξύλα, πολλὰ δὲ μῆλα,
Φάρεά τ' εὐποίητα, βοῶν ἐρικυδέα φῦλα·
Ἠδὲ οἱ ὠκυτάτοισιν ἀγαλλομένοις ποσὶν ἵπποις,
Χρυσόν τ' αἰγλήεντα, καὶ ἄσπετα τεύχεα φωτῶν,
Ὅσσα πάρος κταμένων ἀποείνυτο φαίδιμος ἀνὴρ·
Ἠλεκτρόν τ' ἐπὶ τοῖσι διειδέα, τὸν ῥά τε φασὶν
Ἐμμεναι ἠελίοιο πανομφαίοιο θυγατρῶν
Δάκρυ· τὸ δὴ Φαέθοντος ὑπὲρ κταμένοιο χέυντο,
Μυρόμεναι μεγάλοιο παρὰ ῥόον Ἠριδάνοιο·
Καὶ τὸ μὲν ἠέλιος γέρας ἄφθιτον υἱέϊ τεύχων,
Ἤλεκτρον ποίησε μέγα κτέαρ ἀνθρώποισιν·
Τὸν ῥὰ τότ' εὐρυπέδοιο πυρῆς καθύπερθε βάλοντο
Ἀργεῖοι, κλυτὸν ἄνδρα δεδουπότα κυδαίνοντες
Αἴαντα· ἀμφὶ δέ οἱ, μέγα στενάχοντες, ἔθεντο
Τιμήεντ' ἐλέφαντα καὶ ἄργυρον ἠερόεντα,

Ηδὲ

to: Ὀπτόσα δινήεντα κατ' οὐρανὸν ἀμφὶ φέρονται. Quamobrem iis verbis non ſignatur lignorum ſubvectorum uſtioni exaggeratio; illa namque his: Πολλὰ δ' ἄρ' ἀμφ' αὐτῷ θῆκαν ξύλα, &c. Ita fit ut minime probem Rhodomanni correctionem, περιπέσαιτο. At neque meam interpretationem hanc unus exoſculor, quando ea decurſio ad rogum aut tumulum fieri ſolitabat: hic autem primulum rogus componitur. Sic igitur ea Calabri expoſuero: *Cadaver in omnem partem verſabant undique.* Tum aptiſſime nectitur:

Πολλὰ δ' ἄρ' ἀμφ' αὐτῷ θῆκαν
ξύλα, πολλὰ δὲ μῆλα.

Dausq. Revera ineptiſſime Rhodomannus περιπέσαιτο: Nam ſic miſere Tautologa ſunt, quæ

e veſtigio ſequuntur, Πολλὰ δ' ἀμφ' αὐτῷ θῆκαν ξύλα: Nihil manifeſtius, & Virum Eruditum ita ineptiiſſe miror. Sed quid tibi videtur, de Dausquejo? Legiſtine unquam commenta ridicula magis & inſulſa? Haud puto equidem. De decurſione honoraria non loquar, quam ipſe abjicit, neque apponere debuiſſet ſane, quia ab hoc loco longe alieniſſima eſt; ipſa illa interpretatio hominis, *cadaver in omnem partem verſabant undique*, omnem ſtultitiam hercule ſuperat: Nam cui bono *verſabant undique cadaver?* & ubi id moris? Nugæ, ita vivam, & nugæ nugaciſſimæ, quæ ego neſcio, quomodo in mentem cujusquam ſani ac ſobrii intrare poſſunt. Mittamus eas, & dicamus

Primum igitur multa circa eum ligna posuerunt; deinde oves,
Et bene contextas vestes, eximiaque boum genera.
Adhæc citissimis pedibus exultantes equos,
Aurumque lucidum, & arma innumera virorum,
Quæ trucidatis quondam vir illustris detraxerat.
Et post hæc electrum translucidum; Quod ajunt
Esse natarum Solis, omnium linguarum homines lustrantis,
Lachrymam, quam super extincto Phaëtonte fuderunt,
Lugentes apud magni Eridani amnem.
Et hanc Sol in honorem filii immortalem transmutans,
Electrum fecit, rem inter homines preciosam:
Quale tunc spacioso rogo super injecerunt
Argivi; ut præclarum virum post necem (ita) honorarent,
Ajacem. Apposuerunt etiam ipsi magnis cum suspiriis,
Precioſum ebur, & argentum, ex obscuris terræ visceribus effossum:

Nec

camus uno verbo: Vulgata optima est, inprimis si legas disjunctim, *κίνυν πέρι διήσαντο*, id est, *circa mortuum undique currebant*, ut facerent scilicet, quæ sequuntur, & oportebant fieri: *currebant & festinabant circumcirca*. *κινήσαντο* etiam aptum fuisset, sed minus Emphaticum. Vident omnes, & nihil difficile hic. *Pauw.*

619. *βοῶν ἐμενδίαι φῦλα*] *βοῶν τ'*. *Rhod.* Ita Aldus, quem non secuti sunt Basileenses. *Pauw.*

620. *Ηδὲ οἱ ὠκυτάτοισιν ἀγαλλομένοις ποσὶν ἵπποις*] *Ηδὲ καὶ ὠκυτάτοισιν ἀγαλλομένους ποσὶν ἵππους*. *Rhod.*

625. *Φαίδιμος ὑπὲρ κταμένοιο κίνυντο*] *κίαντο*, vel *κταμένου κίνυντο*. *Rhod.*

631. *Αἴαντα ἀμφὶ δέ οἱ μέγα στιβάχοντες*] *Αἴαντ' ἀμφὶ δέ οἱ μεγάλα στιβάχοντες*. *Rhod.*

632. *Τιμῆντ' ἐλέφαντα καὶ ἄργυρον ἠερόεντα*] Pro *ἠερόεντα*, *αἰγλήεντα* ego quidem malim, id est, splendidum. *Rhod. Argentum clarum.* *Ἀὴρ*, sive *aer* namque lucis ac tenebrarum vicissitate varie afficitur; ideoque densissimo usu pro *tenebris* capitur; quandoque pro *luce*. *ἠερόεις* itaque pro *claro* & *splendente* iterum utitur Calaber Lib. 6.

—— —— *ἀπ' ἠερόεντος Ολύμπου*
Σεῖο πατήρ.

De Æsculapio numeris Deorum adscripto. Inde est, quod *ἠέ-*

ριος

Ἠδὲ καὶ ἀμφιφορῆας ἀλείφατος· ἄλλα τε πάντα,
Ὁππόσα κυδήεντα, καὶ ἀγλαὸν ὄλβον ὀφέλλει·
Ἐν δ' ἔβαλον κρατερῷο πυρὸς μένος· ἦλθε δὲ πυκὶὴ
Ἐξ ἁλὸς, ἣν προέηκε θεὰ Θέτις, ὄφρα θέροιτο
Αἴαντος μεγάλοιο βίη· ὁ δὲ νύκτα καὶ ἠῶ
Καίετο πὰρ νήεσσιν, ἐπειγομένου ἀνέμοιο·
Οἷός που τοπάροιθε Διὸς στονόεντι κεραυνῷ
Et amnium fluenta exaruerunt (quamvis) latiſſime undantium;
Ac peribant animantium genera, quæcunque alma tellus nutrit,
Et quæ immenſus alit pontus, nec non quæ unda
Perennium fluminum; Et ſuper his ſpacioſus æther
Favilla obtectus erat & fuligine; Ac vexabatur orbis terrarum.
Ideo & ego Jovis potentiam hac die reformido.
Verum corripiamus nos ad naves; cum Trojanos defendat
Hodie; deinceps vero etiam nobis gloriam exhibebit.
Quandoque enim amica eſt dies, quandoque inimica.
Nec dum in fatis eſt, ut celebrem evertamus urbem:
Si haud dubie verum eſt Calchantis oraculum,
Quod olim Achivorum prodidit in concilio,
Nos Priami urbem decimo anno exciſuros.
Hæc memorat. Ipſi igitur longe relicta famigerata urbe
Receſſerunt a pugna, Jovis fremitum contremiſcentes.
Viro enim parebant, vetuſtorum ſermonum perito.
Nec tamen propterea negligunt in conflictu cæſos:
Sed eos terræ mandant, ex pugnæ loco relatos.
Non enim eos nubes obtegebat: ſed urbem
Arduam & murum inſuperabilem. Juxta quem numeroſa
Troum pubes & Argivum, Marte profligata erat.

Re-

ἐὸς μίνος, quod præcedit, & hic ſubaudiri debet, durius profecto & congrue minus. *Pauw.*

463. μάλα μακρὰ βιόντων] Signatius & melius hic ſcripſiſſet Quintus, μάλα λάβρα βιόντων. *Pauw.*

468. Τοὔνεκ' ἐγὼ δείδικα] δείδοικα. *Rhod.*

472. Καί ῥ' οὔπω μοῖρα διαπραθέειν κλυτὸν ἄστυ] Καί ῥ' οὔπω τοι μοῖρα. *Rhod.* Differt Jupiter, inquit Neſtor, urbem vaſtam dare, & nondum hodie fatum eſt id agi. Itaque vulgatiſſimo ſupplemento commodiſſime loci inaniæ ſolidantur: Καί δ' οὔπως νῦν μοῖρα διαπραθέειν κλυτὸν ἄστυ. *Dausq.* Non ineptum eſt Rhodomanni, Καί δ' οὔπω τοι μοῖρα. *Pauw.*

473. Εἰ ἐτεὸν Κάλχαντος ἐτή-

Ελθόντες δ' ἐπὶ νῆας, ἀρήϊα τεύχε' ἔθεντο·
Καί ῥα κόνιν, καὶ ἱδρῶτα, λύθρον τ' ἀποφαιδρύναντο,
Κύμασιν ἐμβεβαῶτες ἐϋῤῥόου Ελλησπόντου·
Ηέλιος δ' ἀκάμαντας ὑπὸ ζόφον ἤλασεν ἵππους·
Νὺξ δ' ἐχύθη περὶ γαῖαν, ἀπέτραπε δ' ἀνέρας ἔργων·
Αργείοι δ' Αχιλῆος ἐϋπτολέμου θρασὺν υἱὰ
Ισα τοκῆϊ τιέσκον· ὅ δ' ἐν κλισίῃσιν ἀνάκτων
Δαίνυτο καλ χαλόων· κάματος δέ μιν οὔτι βάρυνεν,
Οὔνεκά οἱ στονόεντα Θέτις μελεδήματα γυίων
Εξέλετ', ἀκμήτῳ δ' ἐναλίγκιον εἰσοράασθαι
Τεῦξεν· ὅ δ' ἐκ δόρποιο, κορεσσάμενος κρατερὸν κῆρ,
Ες κλισίην ἀφίκανεν ἑοῦ πατρὸς, ἐνθά οἱ ὕπνος
Αμφεχύθη· Δαναοὶ δὲ νεῶν προπάροιθεν ἵαυον,
Αἰεν ἀμειβόμενοι φυλακὰς· φοβέοντο γὰρ αἰνῶς
Τρώων μή ποτε λαὸς, ἢ ἀλχεμάχων ἐπικούρων,
Νῆας ἐνιπρήσῃ, νόστου δ' ἀπὸ πάντας ἀμέρσῃ·
Ως δ' αὔτως Πριάμοιο κατὰ πτόλιν ἔθνεα Τρώων,
Αμφὶ πύλας, καὶ τεῖχος ἀμοιβαδὸν ὑπνώεσκον,
Αργείων στονόεσσαν ὑποτρομέοντες ὁμοκλήν.

KOIN-

τυμος ἔπλετο μῦθος] ἐτεὸν ἐτήτυμος nota: Ita rariſſime, credo, alii, præſertim politiores. *Pauw.*

484. ἀρήϊα τεύχε' ἔθεντο] ἀρεῖα τεύχια poſit ἄρτι Verſu præcedenti. *Pauw.*

492. Οὔνεκά οἱ στονόεντα Θέτις μελεδήματα γυίων Εξέλετ'] An μελέδημα de membris & corpore eo ſenſu dici poſſit, ſummopere dubito: Legendum fortaſſe, μελέτηματα γυίων Εξέλετ'. μελετᾶν & μελέτημα de corporis exercitamentis dicitur; & mem-

Regreſſi itaque ad naves Martia arma deponunt:
Tum pulverem & ſudorem cruoremque eluunt,
Fluidi Helleſponti undas ingreſſi.
Sol autem infatigatos ſub caliginem equos præcipitat,
Et nox circa terram funditur, avertitque homines ab operibus.
Cæterum Argivi audacem Achillis boni bellatoris natum
Juxta ac patrem honorabant. Qui in tentoriis regum
Cibum effuſe lætus ſumebat. Nec labor eum gravarat,
Quia triſtem membris ejus curarum moleſtiam Thetis
Exemerat, & infatigabili ut ſimilis videretur
Effecerat. Is vero ex cœna, cum animum fortem explevisſet,
In tabernaculum redit patris ſui, ubi cum ſomnus
Amplectitur. Græci autem ante naves ſomnum ceperunt,
Subinde permutantes excubiarum vices. Verebantur enim anxie
Ne forte Troum exercitus, aut pugnacium ſociorum,
Incenderet naves, & univerſis reditum interciperet.
Sic etiam per urbem Priami Trojanorum gentes
Circa portas & mœnia alternis vicibus ſomno vacabant,
Triſtificam Argivum impreſſionem formidantes.

QUIN-

membris ſic recte tribuitur vox: Cum Emphaſi autem ponitur, & hic accipiendum eſt illud μελίτηματα σοὶ ἕιτα, quod tibi commendo: Non exemerat Thetis Achilli τὰ μελίτηματα, ſic enim ocio diſſluxiſſet, ſed τὰ σοὶ ἕιτα μελίτηματα, quibus laſſitudo inducitur, & aliquis nimium agendo, ad ſuſpiria adigitur: Sentiſne acumen hic plane neceſſarium? *Pauw.*

ΚΟΙΝΤΟΥ ΚΑΛΑΒΡΟΥ

ΠΑΡΑΛΕΙΠΟΜΕΝΩΝ ΟΜΗΡΩ

ΒΙΒΛΙΟΝ ΕΝΝΑΤΟΝ.

Ημος δ' ἤνυτο νυκτὸς ἀπὸ κνέφας, ἔγρετο δ' ἠὼς
Ἐκ περάτων, μάρμαιρε δ' ἀπείριτος ἄσπετος αἰθὴρ,
Δὴ τότ' ἀπείριτοι υἷες ἐϋσθενέων Αργείων
Αμπεδίον πάπταινον· ἴδοντο δ' Ιλίου ἄκρην
Ανέφελον, χθιζὸν δὲ τέρας μέγα θαυμάζεσκον·
Τρῶες δ' οὐκ ἔτ' ἔφαντο πρὸ τείχεος αἰπεινοῖο
Στήμεναι ἐν πολέμῳ· μάλα γὰρ δέος ἔλλαβε πάντας·
Αντήνωρ δ' ἐν τοῖσι, θεῶν ἠρήσατ' ἄνακτι·
Ζεῦ, Ιδης μεδέων, ἠδ' οὐρανοῦ αἰγλήεντος,
Κλῦθί μευ εὐχομένοιο, καὶ ὄμβριμον ἄνδρα πόληος
Τρέψον ἀφ' ἡμετέρης, ὀλοὰ φρεσὶ μητιόωντα·
Εἰθ' ὅγ' Αχιλλεύς ἐστι, καὶ οὐ κίε δῶμ' Αΐδαο,
Εἴτέ τις ἄλλος Αχαιὸς, ἀλίγκιος ἀνέρι κείνῳ·
Αλλοι γὰρ κατὰ ἄστυ θεηγενέος Πριάμοιο
Πολλοὶ ἀποφθινύθουσι, κακοῦ δ' οὐ γίνετ' ἐρωὴ,
Αλλὰ φόνος τε, καὶ οἶτος ἐπὶ πλέον αἰὲν ἀέξει·
Ζεῦ πάτερ, οὐδὲ νύ σοί τι δαϊζομένων ὑπ' Αχαιοῖς

Μέμε-

2. Ἐκ περάτων] Ita initio etiam Libri præcedentis: Ab Auroræ adventu jam tres Libros proximos inchoavit Quintus. *Pauw.*

Ibid. μάρμαιρε δ' ἀπείριτος ἄσπετος αἰθὴρ] Concinnius fecit ἀπείριτον. *Rhod.* Mihi concinnius videtur ἀπείριτος ἄσπετον αἰθὴρ, idque a Quinto profectum puto: Græce docti vident statim. *Pauw.*

3. ἀπείριτοι υἷες ἐϋσθενέων Αργείων] ἀπείριτοι ingratum est post ἀπείριτος αἰθὴρ: Id tamen acumen Scholasticum sumsisse vi-

QUINTI CALABRI PRÆTERMISSORUM AB HOMERO LIBER NONUS.

CUm autem noctis caligo exacta eſſet, & ſe excitaret Aurora
Ex finibus (Oceani,) ac per infinitum ſublimis æther reſplendeſceret:
Exin numeroſa pubes prævalidorum Argivum
Campum perluſtrat & Ilii verticem conſpicit
Nube deſtitutum; heſternumque prodigium valde demirantur.
Trojani vero decernunt, ſe non amplius extra mœnia ardua
Staturos in pugna. Timore enim magno correpti fuerant.
Itaque Antenor inter eos deûm regem implorat.
Jupiter, Idæ præſidens, & lucido cælo!
Exaudi me precantem, & virum impetuoſum urbe
A noſtra averte, qui pernicialia nobis animo deſtinat:
Sive hic Achilles eſt, nec dum aulam Plutonis ſubiit:
Sive quis alius Achivum viro illi ſimilis.
Reliqui enim in civitate generoſi Priami
Magno numero intercunt: nec calamitatis modus aut finis exſiſtit,
Sed cædes & ſtrages ſubinde magis increſcunt.
Jupiter venerande! nulla non modo noſtrum, qui a Græcis trucidamur,

Cura

videtur data opera. *Pauw.*

4. *ἴδοντο δ' Ιλίῳ ἄκρῃ*] Scribe, ut ne Verſui ſyllaba deſit, *ἴδοντο δὲ Ιλίῳ ἄκρῃ. Pauw.*

5. *Αντίφιλοι*] *Αντίφιλοι* non peccaſſet in Legem Pediam. *Pauw.*

14. *Αλλοι γὰρ κατὰ ἄστυ διηγινέος Πριάμοιο Πολλοὶ ἀποφθιτέθουσι*] Miſere ſtacceſcit *Αλλοι*, &

Μέμβλεται, ἀλλ' ἄρα καὶ σὺ λελασμένος υἷος ἑοῖο
Δαρδάνου ἀντιθέοιο μετ' Αργείοισιν ἀρήγεις·
Αλλά σοι εἰ τόδε θυμὸς ἐνὶ κραδίῃ μενεαίνει,
Τρῶας ὑπ' Αργείοισιν ὀϊζυρῶς ἀπολέσσαι,
Ερξον ἄφαρ, μήδ' ἄμμι πολὺν χρόνον ἄλγεα τεῦχε.
Η ῥα, μέγ' εὐχόμενος· τοῦ δ' ἔκλυεν οὐρανόθι Ζεὺς·
Καί ῥ' ὁ μὲν αἶψ' ἐτέλεσσεν· ὃ δ' οὐκ ἤμελλε τελέσσειν·
Δή γάρ οἱ κατένευσεν, ὅπως ἀπὸ πολλοὶ ὄλωνται
Τρῶες ὁμῶς τεκέεσσι· δαΐφρονα δ' υἷ' Αχιλῆος
Τρεψέμεν οὐ κατένευσεν ἀπ' εὐρυχόροιο πόληος,
Αλλά ἑ μᾶλλον ἔγειρεν, ἐπεί νύ ἑ θυμὸς ἀνώγει
Ηρα φέρειν, καὶ κῦδος ἐΰφρονι Νηρηΐνῃ·
Καὶ τὰ μὲν ὣς ὥρμαινε θεῶν μέγα φέρταλος ἄλλων·
Μεσσηγὺς δὲ πόληος ἰδ' εὐρέος Ελλησπόντου,
Αργεῖοί τε καὶ Τρῶες ἀποκταμένους ἐνὶ χάρμῃ
Καῖον ὁμῶς ἵπποισι· μάχη δ' ἐπέπαυτο φόνοιο,
Οὕνεκα δὴ Πριάμοιο βίη κήρυκα Μενοίτην
Εἰς Αγαμέμνονα πέμψε, καὶ ἄλλους πάντας Αχαιοὺς,
Λισσόμενος νέκυας περιχαίμεν· οἱ δ' ἐπίθοντο
Αἰδούμενοι κταμένους· οὐ γάρ σφι μῆνις ὀπήδει·
Ημος δὲ φθιμένοισι πυρὰς ἐκάμοντο θαμειὰς,

Δὴ

& vix ac ne vix manere poteſt: Scripſit Poëta, credo, *Λαοὶ γὰρ κατὰ* &c. *Pauw.*

19. *μετ' Αργείοισιν ἀρήγεις*] *μέγ' Αργείοισιν ἀρήγεις. Dausq.*

24. *Καί ῥ' ὁ μὲν αἶψ' ἐτέλεσσεν· ὃ δ' οὐκ* &c.] *Καὶ τὸ μὲν αἶψ' ἐτέλεσσε· τὸ δ' οὐκ* &c. *Rhod.*

25. *Δή γάρ οἱ κατένευσεν*] *Δὴ γάρ* Spondeus hic. *Pauw.*

28. *ἐπεί νύ ἑ θυμὸς ἀνώγει*] *θυμὸς ἄνωγε. Rhod.*

29. *Ηρα φέρειν, καὶ κῦδος ἐΰφρονι Νηρηΐνῃ*] Jovis igitur animus ſubito mutatus poſt Ganymedis preces: Mira & ridicula hæc commenta de Diis. *Pauw.*

33. *μάχη δ' ἐπέπαυτο φόνοιο*] *μάχη φόνοιο* copulandum: pugna cædis: *μάχη φονίη. Pauw.*

36. *Λισσόμενος νέκυας περιχαίμεν*] *περὶ καίμεν. Rhod.* Brodæus & Rhodomannus *περὶ καίμεν.* Falluntur ſpecie recti. Non undiquaque cadaver urebatur? Cur non igitur *περιχαίμεν*? Immo plena ignominiæ vi-

Cura te tangit: verum Tu oblitus etiam filii tui
Dardani Deos æquiparantis, Achivos ſubſidio levas.
Atqui ſi hæc tibi fixa animo ſtat ſententia,
Ut Troas Achivis miſere exſcindendos tradas,
Sine mora id perfice, nec longo tempore nobis ærúm-
nas fabrica.
Sic ait enixe ſupplicans; Quem Jupiter cælitus audivit,
Et alterum quidem continuo perfecit, alterum vero
non perfecturus erat.
Namque annuit ei ut plurimi peſſum irent
Troës, una cum ſobole: verum, ut filium Achillis
Averteret a ſpacioſa urbe, non annuit:
Sed illum magis excitavit; Quandoquidem animus
ipſum jubebat
Amicum officium & honorem exhibere cordatæ Nerei
filiæ (Thetidi.)
Atque hæc ita deſtinabat aliorum deorum potentiſſimus.
Porro inter urbem & longe porrectum Helleſpontum
Achivi & Troës cæſos in prælio
Cremabant una cum equis: & pugna vacationem a
cæde habebat:
Propterea quod potens Priamus caduceatorem Menœten
Ad Agamemnonem legarat, & cæteros Græcos univerſos,
Petens, ut ſibi mortuos comburere liceret. Qui con-
ceſſerant
Reverentia erga functos moti. Non enim iram ha-
bent comitem.
Cum itaque multos hic illic cæſis rogos adornaſſent,
Tan-

viliorum fuere funera, ſi quando ſemiuſta duntaxat, vel uſtulata. Dictum in Silianis Commentariis. *Dausq.* Cum Brodæo & Rhodomanno lego *πυρὶ καίειν*, & bono Dausquejo acumen ſuum concedo lubens. *Pauw.*

37. *Αἰδούμενοι πεμφίνειν*] *Αἰδέμενοι. Rhod.*

Ibid. *οὐ γάρ σφι μῆνις ἐκτέδη*] Pro *σφι* legendum eſt *σφιν*, ne Verſus corruat. Dausquejus in Notis citat, non legit, *σφισι. Pauw.*

38. *Ημος δὲ φθιμένοισι πυρὰς ἐκάμοντο θαμειὰς, Δὴ* &c.] Non ſatisfacit *ἐκάμοντο*: Nam adornare rogos non erat ſatis, ſed illos accendere & comburere erat

Δὴ τότ' Αργεῖοι μὲν ἐπὶ κλισίας ἀφίκοντο·
Τρῶες δ' ἐς Πριάμοιο πολυχρύσοιο μελάθρα,
Αχνύμενοι μάλα δεδουπότος Εὐρυπύλοιο· *
Τὸν γὰρ δὴ τίεσκον ἴσον Πριάμοιο τέκεσσι·
Τοὔνεκά μιν τάρχυσαν, ἀποκταμένων ἑκὰς ἄλλων,
Δαρδανίης προπάροιθε πύλης, ὅθι μακρὰ ῥέεθρα
Δινήεις προΐησιν, ἀεξόμενος Διὸς ὄμβρῳ.
Υἱὸς δ' αὖτ' Αχιλῆος ἀταρβέος ἵκετο πατρὸς
Τύμβον ἐς εὐρώεντα· κύσεν δ' ὅγε δάκρυα χεύων,
Στήλην εὐποίητον ἀποφθιμένοιο τοκῆος·
Καί ῥα περιστενάχων, τοῖον ποτὶ μῦθον ἔειπε·
Χαῖρε πάτερ καὶ ἔνερθε κατὰ χθονὸς· σὺ γὰρ ἔγωγε
Λήσομαι οἰχομένοιο σέθεν ποτὶ δῶμ' Αΐδαο·
Ὡς εἶθε ζωόν σε μετ' Αργείοισι κίχανον·
Τῷ καὶ τάχ' ἀλλήλοισι Φρένα τερφθέντ' ἐνὶ θυμῷ,
Ιλίου ἐξ ἱερῆς λῃϊσόμεθ' ἄσπετον ὄλβον·
Νῦν δ' οὔτ' ἀρ σύ γ' ἐσεῖδες τεὸν τέκος, οὐδέ σ' ἐγώπερ

Ιδον

erat neceſſe; neque ad naves & urbem redire debebant poſt rogos adornatos, ſed poſt rogos igne conſumtos: Nihil apertius, & ſepulturæ ratio id exigit certo. Scribendum igitur, Ημος δὲ φθιμένοισι πυρὰς καίοντο θαμειὰς, Δὴ &c. Id aptum & bonum. ἀεὶ δὲ πυραὶ νεκύων καίοντο θαμειαὶ ex Iliade A. notum eſt ipſis Tyronibus. *Pauw.*

39. Δὴ τότ' Αργεῖοι μὲν ἐπὶ &c.] Δή ῥα τότ', vel Δὴ τότ' ἄρ' Αργεῖοι. *Rhod.* Δὴ τότε Αργεῖοι ſufficit, neque hiatum metuo. *Pauw.*

41. Αχνύμενοι μάλα δεδουπότος Εὐρυπύλοιο] μάλα πολλὰ δεδουπότος. *Rhod.* Scribe Αχνύμενοι μάλ' Αρηῒ δεδουπότος Εὐρυπύλοιο. Dices: Mars Libro antegreſſo Græcos inimicat; atque in Trojanos acuit; Verum Αρηῒ, bello, prælio expones: niſi potius Αχνύμενοι μάλα πάγχυ. *Dausq.* Aut πολλὰ cum Rhodomanno, aut πάγχυ potius cum Dausquejo interponendum eſt: Dausqueji alterum ineptum eſt. *Pauw.*

45. Δινήεις προΐησιν, ἀεξόμενος Διὸς ὄμβρῳ] δινήεις adjectivum pro ſubſtantivo, quod Xantho tribuitur. *Rhod.* Ita legunt. Scribendum ariolor: Ξάνθος ἐπικροΐησι. Præmiſſum ἐπὶ ſignificat Xanthum fluctum fluctu-

Tandem Achivi ad tabernacula redierunt,
Troësque ad Priami auro abundantis ædes,
Maximo propter occisum Eurypylum mœrore affecti.
Hunc enim æque ut Priami filios in precio habuerant.
Ideo ipsum humarunt seorsum ab aliis interfectis,
Dardaniam ante portam, ubi magnum fluentum
Xanthus vorticosus promovet, Jovis pluvia augescens.
Cæterum Achillis interriti filius se confert parentis
Ad spacioſum sepulchrum, & profusis lachrymis exosculatur
Fabrefactam defuncti genitoris columnam:
Et juxta edens suspiria, tali cum oratione salutat:
Salve pater etiam subter terra. Non enim ego
Tui obliviscar ad Ditis domum profecti.
Utinam te vivum inter Argivos offendissem:
Quo confestim, mutua animos voluptate recreati,
Ex sacro Ilio opes immensas prædati fuissemus.
Jam vero neque tu vidisti prolem tuam, neque ego te

Vici

fluctibus obruere, ideoque *δινήεις*. Unde conjectura est glossema in versum surrepsisse per inscitiam prioris præposituræ. *Dausq.* *Δινήεις* pro nomine fluvii non placet: Neque *Σκάμος* probo, in cujus locum successerit *Δινήεις*: Nam nihil audacius, ubi *δινήεις* nequidem pro Glossemate esse potuit: Vident omnes, qui in his aliquid vident. Pro *Δινήεις* reponere *Σιμόεις* non difficile est, sed sic sententiæ consulitur, Versui non consulitur: An scribendum, *Ο Σιμόεις προΐηον*, ut Versus sit *ἀκέφαλος*? Nihil melius nunc succurrit: Nam, *μαχρὰ ῥίεθρα Οἱ Σιμόεις προΐηον* commendare nec audeo, nec volo. *Pauw.*

48. *Στέλλη ὑπροίητον*] *ὑπροίητον. Pauw.*

53. *Τῷ καὶ τάχ' ἀλλήλοισι φρένα τερφθέντ' ἐνὶ θυμῷ*] *Τῷ κε τάχ' ἀλλήλοισι φρένας τερφθέντε. Rhod.*

54. *Ἰλίου ἐξ ἱερῆς λητόμεσθ' ἄσπετον ὄλβον*] *λητοσάμεθ'. Rhod.* De gloria non loquitur, sed de opibus: Prædonis sane, non Herois sermo. *Pauw.*

55. *Νῦν δ' οὔτ' ἄρ σύ γ' ἐσείδες τεὸν τέκος*] *ἐσεῖδες ἐὸν τέκος. Rhod.* Quibus hæc durior, inquit Brodæus, synæresis videbitur, *σὸν* reponant. Imo illius in vicem reposuerim *ἐὸν* pro tuo. Sic in capite Libri hujus:

—— *καὶ σὺ λιλαομένους υἷας ἑοὺς*
Δαρδάνιον ἀντιβίοισι μίγ' Ἀργείοισιν ἀρήγεις.

Dausq.

56

Ἰδον ζωὸν ἐόντα, λιλαιόμενος πες ἰδέσθαι·
Ἀλλὰ καὶ ὣς, σέο νόσφι, καὶ ἐν φθιμένοισιν ἐόντος,
Σὸν δόρυ, καὶ τεὸν υἷα μέγ' ἐν δαΐ πεφρίκασι
Δυσμενέες· Δαναοὶ δὲ γεγηθότες, εἰσορόωσι
Σοὶ δέμας, ἠδὲ φυὴν ἐναλίγκιον, ἠδὲ καὶ ἔργα. 60
Ὡς εἰπὼν, ἀπὸ θερμὸν ὀμόρξατο δάκρυ παρειῶν·
Βῆ δὲ θοῶς ὑπὲρ νῆας ὑπερθύμοιο τοκῆος,
Οὐκ οἷος· ἅμα γάρ οἱ ἔσαν δυοκαίδεκα φῶτες
Μυρμιδόνων· Φοῖνιξ δ' ὁ γέρων μετὰ τοῖσιν ὀπήδει,
Λυγρὸν ἀναστενάχων περικυδέος ἀμφ' Ἀχιλῆος· 65
Νὺξ δ' ἐπὶ γαῖαν ἵκανεν, ἐπέσσυτο δ' οὐρανὸν ἄστρα·
Οἵ δ' ἄρα δορπήσαντες, ἕλοντ' ὕπνον· ἔγρετο δ' ἠώς·
Ἀργεῖοι δ' ἄρα δῦσαν ἐν ἔντεσι· τῆλε δ' ἀπ' αὐτῶν,
Αἴγλη μαρμαίρεσκεν, ἐς αἰθέρα μέχρις ἰοῦσα·
Καί ῥα θοῶς ἔκτοσθε πυλάων ἐσσεύοντο 70
Πανσυδίη, νιφάδεσσιν ἐοικότες, αἵ τε φέρονται
Ταρφέες ἐξ νεφέων, κρυερῇ ὑπὸ χείματος ὥρῃ·
Ὡς οἵγ' ἐξεχέοντο πρὸ τείχεος, ὦρτο δ' ἀϋτὴ
Σμερδαλέη· μέγα δ' αἶα περιστεναχίζετ' ἰόντων·
Τρῶες δ' εὖτ' ἐπύθοντο βοὴν, καὶ λαὸν ἴδοντο, 75
Θάμβησαν· πᾶσιν δὲ κατεκλάσθη κέαρ ἔνδον,

Πότ-

56. *Ἰδον ζωὸν ἐόντα*] Versus ἀκίφαλος: Neque id displicet. Alias scribendum *Εἶδον*: quod pulchre *τῷ ἰσιῖδις* respondet, & ideo recipiendum fortasse. *Pauw.*

57. *καὶ ἐν φθιμένοισιν ἐόντος*] Ita Aldus: Basileenses *φθιμένοισι*: quod in Notis correxit Rhodomannus. *Pauw.*

62. *Βῆ δὲ θοῶς ὑπὲρ νῆας*] *ἐπὶ νῆας*. *Rhod.* Scribe *ὑπὸ νῆας*, ut Iliad. B. — *ἔνθ' ὑπὸ Ἰλιον ἦλθον.* Brodæus *παρὰ νῆας*. *Dausq.* Brodæum sequor. *Pauw.*

63. *ἅμα γάρ οἱ ἔσαν δυοκαίδεκα φῶτες*] *ἴσαν*, ibant. *Rhod.* Non improbo: Nam rectius sane est *ἴσαν*, quam *ἔσαν*. *Pauw.*

66. *Νὺξ δ' ἐπὶ γαῖαν ἵκανεν — ἔγρετο δ' ἠώς*] Hæc omnia ita uno ductu efferuntur incongrue & invenuste. *Pauw.*

68. *Ἀργεῖοι δ' ἄρα δῦσαν ἐν ἔντεσι*] Hoc confirmat illud Rhodomanni *ἰοῖσιν ἐν ἔντεσι δύσατε*,

Vidi ſuperſtitem, quamvis videndi tui percupidus.
Nihilominus tamen etiam te ſummoto, & inter manes verſante
Tuam haſtam & tuum filium acriter in conflictu exhorreſcunt
Hoſtes, Danaique cum gaudio intuentur (me),
Tibi corpus & formam atque etiam facinora perſimilem.
Ita fatus tepidas a genis lacrymas abſterget:
Et citato abit ad naves animo præſtantis genitoris,
Non ſolus; Nam una cum ipſo erant duodecim viri
Ex Myrmidonibus; & inter hos Phœnix grandævus ſectatur
Flebiliter ingemiſcens propter Achillem præclarum.
Nox autem venit ſuper terram & cælum ſydera invaſerunt.
Illi itaque cæna peracta ſomnum ceperunt. Hinc ſurgebat Aurora;
Tum Argivi arma induunt, & longe ab illis
Splendor radiat, ad æthera usque pertingens.
Ac continuo e portis erumpunt,
Omnibus copiis; nivium in morem, quæ feruntur
Denſæ e nubibus, horrido brumæ tempore.
Taliter hi ſeſe effundunt extra murum, & ingruit clamor
Horrendus, tellusque eorum inceſſu gemiſcit.
Trojani igitur, ubi audiiſſent clamorem, & exercitum vidiſſent,
Obſtupuere, & animus infractus fuit penitus cunctis,
Fa-

σατο, quod V. 354. Lib. 5. nobis videbatur minus exaſciatum. An tamen ſubaudiendum pronomen, & ibi ἑ, hic σφὼϊ omiſſum? Id ſane non improbabile: Nam δύνω vel δύεσθαι ἐν ἵπποισι, id eſt, ἐνδύνω vel ἐνδύεσθαι ἵπποισι, nondum ego video, qui commode dici poſſit abſolute pro arma induere. Eodem Libro 5. V. 224. legimus, Οὐ γάρ τοι σθένος ἐστὶν ἐν ἵπποισιν ἀκαμάτοισιν Δύμεναι Αἰνείαο δαίφρονος: quod eandem locutionem exhibet, & ſubaudito σε adjuvandum eſſet, ſi verum eſt, quod ſuſpicor. Attende; Absque Ellypſi Sermonis proprietas non obſervatur in iſta Phraſi, Ρώννυ.

Fatum adeſſe exiſtimantibus. Circumquaque enim,
ut nubes, apparet
Agmen hoſtium, & inſonant arma viris
Se moventibus, ingensque pulvis pedibus excitatur.
Atque tunc vel deorum quiſpiam fiduciam injecit animo
Deiphobi, & prorſus eum intrepidum fecit: vel etiam ipſum
Animus incitavit ad pugnam, ut a patria (repulſas)
Sævas hoſtium copias haſta neci daret.
Animoſa igitur Trojanos oratione allocutus eſt.
Agedum amici, dignam bello fiduciam animis inferite,
Memores, quantas funeſti belli exitus
Ærumnas imponat hominibus haſta acquiſitis (captivis).
Non enim ſolum de Alexandro certamen eſt,
Aut Helena, ſed geritur pro urbe & nobis ipſis,
Atque uxoribus, nec non charis liberis, & venerandis parentibus,
Omnique (imperii) ſplendore, ac opibus, amabili denique
Terra; quæ me cæſum in pugna operiat
Potius, quam aſpecturus ſim patriam dilectam ſub jugo
Hoſtium. Nullum enim aliud exiſtimo atrocius
Miſeros inter homines malum exſiſtere (poſſe.)
Ideo triſti depulſo pavore, circum me omnes
Confirmate vos ad infeſtum certamen. Nec enim Achilles
Vivus deinceps contra nos pugnam ciebit; Siquidem ipſum
Funeſtus ignis conſumſit. Sed alius quiſpiam Achivum eſt,

Qui

89. ἀλλ' ἴσι περὶ πόλιός τε] πτόλιός τε. *Rhod.* De cæſura iterum non cogitavit. *Pauw.*

92. δαμέντα κατὰ κλόιον ἀμφικαλύψει] ἀμφικαλύψει. *Rhod.*

94. κακώτερον ἔλπεμαι ἄλλο

Ος νῦν λαὸν ἄγειρεν· ἔοικε δὲ πάντ' Αχιλῆϊ·
Μήτε τιν' ἄλλον Αχαιῶν ὑποτρομέειν περὶ πάτρης
Μαρναμένους· τῷ μήτι φεβώμεθα μῶλον Αρηος,
Εἰ καὶ πολλὰ πάροιθεν ἀνέτλημεν μογέοντες·
Η οὔπω τόδε οἶδατ' ἀνὰ φρένας, ὡς ἀλεγεινοῖς
Ανδράσιν ἐκ καμάτοιο πέλει θαλίη τε, καὶ ὄλβος,
Εκ δ' ἄρα λευγαλέων ἀνέμων, καὶ χείματος αἰνοῦ,
Ζεὺς ἐπάγει μεθόπεσσι δι' ἤπερος εὔδιον ἦμαρ,
Εκ τ' ὀλοῆς νούσοιο πέλει σθένος, ἔκ τε μόθοιο
Εἰρήνη; τὰ δὲ πάντα χρόνῳ μεταμείβεται ἔργῳ.
Ως φάτο· τοὶ δ' ἐς Αρηα μεμαότες, ἐντύναντο
Εσσυμένως· καναχὴ δὲ κατὰ πτόλιν ἔπλετο πάντη,
Μῶλον ἐς ἀλγινόεντα κορυσσομένων αἰζηῶν·
Ενθ' ἄρα τῷ μὲν ἄκοιτις ὑποτρομέουσα κυδοιμὸν,
Εντε' ἐποιχομένῳ παρανήνεε δακρυχέουσα·
Τῷ δ' ἄρα νήπιοι υἷες, ἑπειγόμενοι περὶ πατρὶ,
Τεύχεα πάντα φέρεσκον· ὁ δὲ σφίσιν ἄλλοτε μέν που
Αχνυτ' ὀδυρομένοις· ὁτὲ δ' ἔμπαλι μειδιάασκεν,

Παι-

Πῆμα μιγ' ἀιθρώποισι] μετ' ἀιθρώποισι. *Rhod.*

100. Ος νῦν λαὸν ἄγειρεν] ἄγειρεν non malum quoque esset: Sic pro eo, qui cogit, habemus eum, qui incitat & concitat atque accendit. *Pauw.*

101. Μήτε τιν' ἄλλον Αχαιῶν ὑποτρομέειν περὶ πάτρης Μαρναμένους] ἄλλον Αχαιὸν. *Rhod.* Rhodomannus Αχαιὸς: Non accedo, quia aliud vitium haud dubie latet: Nam unde pendet, quæso, μαρναμένους, & ipsum ὑποτρομέειν? Id nemo mihi dixerit, quia revera nihil hoc loco est, unde pendere possunt: Res est certa. Scribe igitur, ut oratio sit concinna & bona, Μήτε τιν' ἄλλον Αχαιῶν δεῖ τρομέειν περὶ πάτρης Μαρναμένους. *Pauw.*

109. τὰ δὲ πάντα χρόνῳ μεταμείβεται ἔργῳ] μεταμείβεται ἔργα. *Rhod.*

114. Εντ' ἐποιχομένῳ παρανήνεε] ἀποιχομένῳ. *Rhod.* Non abit prælior domo antequam arma induerit: tantum abest, ut antequam comportentur. Poterant illa afferri abiturienti, non abeunti jam. Quare lectio illa recta, non Brodæi ἐπειγομένῳ, minus Rhodomanni ἀποιχομένῳ. Neque satis est vocem vicina vertere: vocis enim imagine res aliqua tegitur, quæ

Qui nunc coëgit exercitum : refert tamen Achillem
per omnia.
Nec eſt quod alium Græcorum metuatis, pro patria
Propugnantes. Quocirca ne fugiamus belli peri-
culum,
Etiamſi multos pridem toleravimus labores.
An nondum compertum habetis animo, quod ærum-
noſis
Viris ex labore oriatur florens & beatus rerum ſtatus?
Et poſt noxios ventos, & malignam tempeſtatem
Jupiter hominibus in aëre afferat ſerenam & tranquil-
lam diem?
Et a morbo periculoſo virium integritas redeat, poſt
bellum denique
Pax? hæque res omnes temporis ſucceſſu ita commu-
tantur.
Hunc ad modum verba facit. Illi igitur ad bellum
prompti armantur
Dicto citius. Mox ubique per urbem ſtrepitus exſiſtit,
Viris ad mœſtificam pugnam ſe accingentibus :
Hic alii uxor, timens belli diſcrimen,
Arma profuſis lachrymis abeunti congerit :
Alii parvuli nati curſitantes circa patrem
Cuncta inſtrumenta apportant : Qui nunc propter illos
Plorantes dolet; nunc iterum ridet

Vo-

quæ non poteſt æque in carmen trahi, ac ipſa vox: aut cum re ſignata quippiam annexum eſt, æque ab autore diverſum. *Dausq.* Cum Dausquejo nihil imuto: ἐπιβῆναι aliquando eſt ire aliquo, ut ibi facias, quod facto opus: Ita ſumitur apud Homerum Odyſſ. N. V. 34. ἔφπον ἐπιβῆναι: Sequitur enim, βλέβηται δέ τε γούνατ' ἰόντι: Ita ſumendum eſt hic: eunti ad bellum, ut ibi pugnet, ideoque arma induenti. Vulgo ἐπιβῆναι, irruere, invadere eſt, idque Rhodomannum & Brodæum decepit: Nam iſta ſignificatio hoc loco peccat. Nunc ἐπιβαίνω, ut vides, non deterius eſt, quam Rhodomanni ἀπιβαίνω, & melius certe, quam Brodæi ἐπιγαμβρεύω, ubi mox ſequitur, υἱῆες νῦις ἐπιγάμβρεοι πέρι πατρί: Nam alias, ne quid diſſimulem, ἐπιγαμβρεύω utrique præſta-

Παισὶν ἀγαλλόμενος· κραδίη δέ οἱ δαΐ μᾶλλον
Ὠρυμην ποιέεσθαι ὑπὲρ τεκέων τε, καὶ αὐτοῦ·
Ἀλλὰ δ' αὖτε γεραιὸς ἐπισταμένης παλάμῃσιν
Ἀμφετίθει μελέεσσι κακῆς ἀλκήρια χάρμης,
Πολλὰ παρηγορέων φίλον υἱα, μηδενὶ εἴκειν
Ἐν πολέμῳ· καὶ στέρνα τετυμμένα δείκνυε παιδὶ,
Ταρφέα σήματ' ἔχοντα παλαιῆς δηιοτῆτος·
Ἀλλ' ὅτε δὴ μάλα πάντες ἐν ἔντεσι θωρήχθησαν,
Ἀστεος ἐξεχέοντο, μέγ' ἰέμενοι πολέμοιο
Λευγαλέου· ταχέεσσι δ' ἐφ' ἵπποισιν ὄρουσαν,
Ἱππῆες· πεζοῖσι δ' ἐπέκρασαν ἔθνεα φωτῶν·
Ἅρμασι δ' ἅρμαθ' ἵκοντο κατ' αντίον· ἔβραχε δὲ χθὼν
Ἐς μόθον ἐσσυμένων· ἑπαΰτεε δ' οἷσιν ἕκαστος
Κεκλομένος· τοί δ' αἶψα συνήϊον· ἀμφὶ δ' ἀνάσφι
Τεύχε' ἐπεσμαράγησε· μίη δ' ἐκάτερθεν ἀϋτὴ
Λευγαλέη· τὰ δὲ πολλὰ θοῶς ποτέοντο βέλεμνα,
Βαλλόμεν' ἀμφοτέρωθεν· ὑπ' ἔγχεϊ δ' ἀσπίδες ἀνδρῶν
Θεινόμεναι κτυπέεσκον ἀάσχετον· αἱ δ' ὑπ' ἀκόντων,
Καὶ ξιφέων· πολέες δὲ καὶ ἀξίνῃσι θοῇσιν
Ἀνέρες οὐτάζοντο· φορύνετο δ' ἔντεα φωτῶν
Αἵματι· Τρωϊάδες δ' ἀπὸ τείχεος ἐσκοπίαζον
Λίζηῶν στονόεντα μόθον· πάσῃσι δὲ γυῖα
Ἔτρεμεν, εὐχομένῃσιν ὑπὲρ τεκέων τε, καὶ ἀνδρῶν,
Ἠδὲ κασιγνήτων· πολιοὶ δ' ἅμα τῇσι γέροντες
Ἕζοντ' εἰσορόωντες· ἔχον δ' ὑπὸ χείρεσι θυμὸν

Παί-

staret sine dubio. *Pauw.*

118. *κραδίη δέ οἱ δαΐ μᾶλλον*] *οἱ ἰν δαΐ μάλλον. Rhod.*

121. *κακῆς ἀλκήρια χάρμης*] Scribe *ἀλκτήρια*, arma, quæ vim arceant. *Dausq.*

122. *παρηγορέων φίλον υἱα, μηδενὶ εἴκειν*] *φίλον υἱέα. Rhod.*

128. *πεζοῖσι δ' ἐπέκρασαν ἔθνεα φωτῶν*] Cur non scripsit *ἔθνεα πεζῶν*, ut de equitibus præcedit *ἐφ' ἵπποισιν ἱππῆες*, & de curribus sequitur *ἅρμασι ἅρμαθ'*? An forte Amanuenses mutarunt? Attende & judica. Quod mihi placet, Rhodomanno

Voluptatem ex filiis capiens; inque acie tanto magis animus
Eum impellit ad labores, pro ſobole & ſeipſo, obeundos:
Alii porro emeritus ſenex doctis manibus
Applicat circa membra diræ præſidia pugnæ (arma)
Multis cohortans dilectum natum, ut nemini cedat
In prælio; & pectus vulneratum oſtentat filio,
Plurima indicia priſtini conflictus repræſentans.
Cum itaque univerſi armis ſe communiiſſent,
Ex urbe erumpunt, magna cupidine pugnæ
Exitialis; inque celeres equites invehuntur
Equites: in pedites vero impreſſionem faciunt agmina virum (pedeſtrium:)
Et curribus currus obviam tendunt, inſonatque tellus,
Dum ad pugnam ita concitantur. Tum acclamatione quiſque ſuos
Accendit. Qui ſtatim pedes conferunt, circumque illos
Arma crepitant, & unus utrinque clamor (exſiſtit)
Atrox; Et magna ſubito evolat telorum vis
Utrinque emiſſorum; ſcutaque virum (alia) haſtis
Percuſſa fragorem dant ingentem, alia pilis
Et gladiis: Multi etiam bipennibus ſubito adactis
Viri fauciantur: Fœdanturque arma virorum
Sanguine. Trojanæ autem mulieres de muro proſpiciunt
Mœſtificam juvenum conflictationem: unde omnibus membra
Tremunt, vota facientibus pro liberis & maritis
Atque germanis: Interque illas incani ſenes
Sedent ſpectantes; & animum curis depaſcuntur

Pro-

no etiam placuit, ut nunc video, in Addendis.

131. ἀμφὶ δ' ἀνά σφι] ἀμφὶ δ' ἄρα σφι. *Rhod.*

142. ἔχον δ' ὑπὸ χείρεσι θυμὸν Παίδων ἀμφὶ φίλων] Forte, ἴδον δ' ὑπὸ κήδεσι θυμὸν. *Rhod.* Brodæus ὑπὸ κήδεσι, & interpretatur, *in dolore erant ob charos filios.* Rhodomannus, ἴδον δ' ὑπὸ κήδεσι θυμὸν. Accedam deruncinandis hujus agri ſentibus opera tertia: ἔχον δ' ὑπὸ χείρεσι θυμὸν. Quia jam

Παίδων ἀμφὶ φίλων· Ἑλένη δ' ἐνὶ δώμασι μίμνεν
Οἵη ἀμφιπόλοισιν· ἔρυκε γὰρ ἄσπετος αἰδὼς·
Οἱ δ' ἄμοτον πονέοντο πρὸ τείχεος· ἀμφὶ δὲ Κῆρες
Γήθεον· οὐλομένη δ' ἐπαΰτεεν ἀμφοτέροισι
Μακρὸν Ἐρις βοόωσα· κόνις δ' ἐρυθαίνετο λύθρῳ
Κτεινομένων· ὀλέκοντο δ' ἀνὰ κλόνον ἄλλοθεν ἄλλος·
Ἐνθ' ἄρα Δηίφοβος κρατερὸν κτάνεν ἡνιοχῆα
Ἱππασίδην· ὃ δ' ἀφ' ἅρματος αἰψηροῖο *
Ἤριπεν ἀμφὶ νέκυσσιν· ἄχος δέ οἱ ἔσχεν ἄναχτα·

Δεί-

alias ſuper aliis clades acceperant, quia ſibi ſanguis frigebat, expertes bonæ ſpei, & nec filiorum tamen ſecuri, animum malorum contemplatu occupabant, hoc eſt, ἔχον δ' ὑπὸ χείρεσι θυμὸν: ſcilicet *omnia vano augentes timore*, ut Livianis verbis explicem. *Dausq.* Locus difficilior: Rhodomanni ἴδον δ' ὑπὸ κήδεσι θυμὸν hactenus probare non potui, quia in metu repentino locutio non eſt apta: Sciunt Eruditi, quid ſit ἴδειν θυμὸν, ἴδειν καρδίαν. Melius Brodæi ἔχον δ' ὑπὸ κήδεσι θυμὸν, melius Dausqueji ἔχον δ' ὑπὸ χείρεσι θυμὸν Παίδων ἀμφὶ φίλων: *dolore ſubactum habebant animum ob charos filios: pejora animo ſibi concipiebant de charis filiis*: Sic V. 93. hujus Libri habuimus, ἢ ἁρπάσαιμι φίλην ὑπὸ δούρατι πάτρην Δυτμενίων: ne alia exempla adſcribam, quibus ὑπὸ ita abſolute ſumitur, ut a Brodæo factum: Hæc inquam meliora ſunt, & ſi quid mutandum, eorum alterutrum mihi ſumam: Sed fors nihil mutandum: Habebant in manibus animum & fiduciam propter charam ſobolem: Animus illis redibat, dum gnatos pro ſe & publica re videbant dimicantes: De ſene præceſſit V. 120. Ἀλλῳ δ' αὖτε γεραιὸς ἐπισαμένης παλάμῃσιν Ἀμφιτίδι &c. Simile quid de aliis ſenecionibus hic adferendum, ut eorum conditio eſſet diverſa a muliercularum conditione: Nihil decentius. In manibus habebant animum & fiduciam, cujus experimenta dediſſent, ſi pedes & alia membra ad opus fuiſſent æque parata: Attende ad illud ἔζοντο, quod pulchre huic ſententiæ accinit: Adeo debiles erant ſenes, ut ſtare non poſſent diu: Sedentes igitur ſpectabant pugnam; & ita ſedentes in manibus ſentiebant priſtinæ virtutis reliquias, propter ipſam ſobolem ſuam, quæ acriter prò illis dimicabat: Vides? Hoc ineptum non eſt, præſertim in ſcripto hominis Scholaſtici, qui ejusmodi acumina amare ſolet. *Pauw.*

143. Ἑλένη δ' ἐνὶ δώμασι μίμνεν Οἵη ἀμφιπόλοισιν] Οἵη ἅμ' ἀμφιπόλοισιν. *Rhod.* Rhodomannus,

Propter charam ſobolem. Helena vero intra ædes ſe continet
Sola cum famulis: nam ingens eam pudor retrahebat.
Illi autem acriter in opere erant ſub mœnibus, & circum Parcæ
Gaudebant, lethaliſque clamore inceſſebat utroſque
Diſcordia, immane vociferans, ac pulvis rubeſcebat cruore
Interfectorum; dum alibi alius per aciem exitio dabatur.
Ibi Deiphobus obtruncat fortem aurigam
* Hippaſiden. Qui e veloci curru
Decidit in cadavera, dominum vero ejus mœſtitia occupat.

Me-

nus, Οἵῃ ἅμ' ἀμφιπόλοισιν: Certe lenius fluet oratio, ſi adſimile quippiam injiciatur. Quare ſcribo: Οἵῃ ἀμφιπόλοις σύν. ut Odyſſ. O. Ἀρτέμιδι ξύν. Namque præpoſitiones inverti quandoque notat Chariſius Lib. 2. Sic Plautus: —— *quem ad epiſtolam Mneſilochus miſit.* Lucretius Lib. 2.

Nec qua nigra cluent de nigris: ſed variis de.

Calaber Lib. 10.

Ἀγρόμεναι τεκέων σφετέρων ὕπερ, ἠδὲ καὶ ἀνδρῶν
Εἵρυθ'. ——

Rogat Brodæus: Quidni Οἵα σὺν ἀμφιπόλοισιν? Reſpondeo οἵα ſpondeum eſſe. Deinde οἵα alienum eſt ἰάζοντι Poëtæ. *Dauſq.* Rhodomanni Οἵῃ ἅμ' ἀμφιπόλοισιν præfero. *Pauw.*

148. ὀλίζοντο δ' ἀιὰ κλόνον ἄλλοθεν ἄλλος] ἄλλοθεν ἄλλος cum numero plurium, ut Supra V. 337. Libri præcedentis: Vide. *Pauw.*

149. κρατερὴν κτάνεν ἡνιοχῆα] κτάνεν. *Rhod.*

150. Ἱππασίδην· ὃ δ' ἀφ' ἅρματος αἰψηροῖο *] Deeſt proprium nomen, quale eſt Νίσοιος, aut ſimile. Supra Lib. 6. V. 562. Alcimedes Ajacis Oilei amicus interfecit a partibus Trojanorum aurigam Πάμμονος Ἱππασίδην. *Rhod.* Brodæus Εὔκλεος Ἱππασίδην. Sed πλατυκέρδεα Calabro parum amicum eſt. Deinde voce illa ex Εὔκλεος deformata protraheretur α. Scribo ex loco ſubjectiore:

Ἱππασίδην Εὔκληρον· ὃ δ' ἅρματος ἐξ αἰψηροῦ.

Dauſq. Cum Brodæo errat Dausquejus ex Verſu ſexto ſequenti Euclerum ſibi promens: Nam ſine dubio ibi corruptum eſt nomen: Dein, hic nomen aurigæ non requiritur, ſed nomen Ducis, cujus auriga erat Hippaſides: Nam id aperte probat ſequens, ἅχος δέ οἱ ἔσχεν ἄναχτα. Quare veriſimile conjicit Rhodomannus, nomen τῷ Νίσοιος ſimile intercidiſſe. *Pauw.*

151. ἔσχεν ἄναχτα] Ita Aldina: Rhodomannus ex Baſi-

Δείδιε γὰρ μὴ δῆριν ἐφ' ἡνία χεῖρας ἔχοντα
Υἱὸς ἑὸς Πριάμοιο καταχτείνῃσι καὶ αὐτὸν·
Ἀλλά οἱ οὐκ ἀμέλησε Μελάνθιος, ἀλλ' ἐπὶ δίφρου
Ἀλτο θοῶς· ἵπποισι δ' ἐπέκλετο μακρὰ τινάσσων·
Εὐκλήρου δ' ἔχε μάστιν· ἔλαυνε δὲ δούρατι θείνων·
Καὶ τοὺς μὲν Πριάμοιο πάϊς λίπεν· ἵκετο δ' ἄλλων
Ες πληΐὺν· πολέεσσι δ' ὀλέθριον ὦπασεν ἦμαρ
Εσσυμένως· ὁλοῇ γὰρ ἀλίγκιος αἰὲν ἀέλλῃ,
Θαρσαλέως δηΐοισιν ἐπεύχετο· τοῦ δ' ὑπὸ χερσὶ
Μυρίοι ἐκτείνοντο· πέδον δ' ἐστείνετο νεκρῶν·
Ὡς δ' ὅτ' ἀν' οὔρεα μακρὰ θοροὼν εἰς ἄγκεα βήσσης
Δρυτόμος ἐγκονέων, νεοθηλέα δάμναται ὕλην,
Ἀνθρακας ὄφρα κάμῃσι, καταχρύψας ὑπὸ γαῖαν
Σὺν πυρὶ δούρατα μακρὰ, τά δ' ἄλλοθεν ἄλλα πεσόντα
Πρῶνας ὕπερθε κάλυψαν, ἀνὴρ δ' ἐπιτέρπεται ἔργῳ·
Ὡς ἄρα Δηϊφόβοιο θοῆς ὑπὸ χερσὶν Ἀχαιοὶ
Ἰλαδὸν ὀλλύμενοι, περικάππεσον ἀλλήλοισι·
Καί ῥ' οἱ μὲν Τρῴεσσιν ὁμίλεον· οἱ δ' ἐφέβοντο
Εὐρὺν ἐπὶ Ξάνθοιο ῥόον· τοὺς δ' ὕδατος εἴσω

Δηΐ-

leenſi dedit ἴσχειν ἄκακτα. *Pauw.*

152. Δείδιε γὰρ μὴ δῆριν ἐφ' ἡνία χεῖρας ἔχοντα] μὴ δή μιν ἐφ', aut μὴ δηρὸν ἐφ'. *Rhod.* Brodæus δηρὸν. Rhodomannus δή μιν. Priori correctioni adverſatur metus, ne cito occidatur. Alteram his poſtfero: Δείδιε μή μιτὰ δῆριν ἐφ' ἡνία χεῖρας ἔχοντα. ne in pugna. Vel: Δείδιε γὰρ μὴ δουρὶ ἐφ' ἡνία χεῖρας ἔχοντα. *Dausq.* Dausqueji ſuſpiciones ineptiunt: Prima tamen magis, quam altera, quia ne verba quidem dat bona omiſſo γὰρ. Brodæi & Rhodomanni δηρὸν etiam pravum eſt, quia nimium in metu ſubitaneo inducit, ut recte animadvertit Dausquejus. Alterum Rhodomanni δή μιν optimum eſt, & ſequi debemus ſine dubio. *Pauw.*

154. Ἀλλά οἱ οὐκ ἀμέλησε Μελάνθιος] Legendum, Ἀλλά οὔ οὐκ ἀμέλησε: Nam verbum illud caſum ſecundum, non tertium amat. Similem errorem etiam antea correximus. *Pauw.*

155. μακρὰ τινάσσων· Εὔκληρος δ' ἔχε μάστιν· ἔλαυνε &c.] μακρὰ τινάσσων Εὔληρ'· οὐδ' ἔχε μάστιν· ἔλαυνε &c. Nomine iſto Homerus ſemel utitur Iliad. Υ. V. 481.

Metuebat enim, ne si diu manus habenis admotas
haberet,
Etiam ipsum fortis Priami filius lethο daret.
Verum non neglexit cum Melanthius: sed in currum
Celeriter insiliit, & equos voce exstimulavit longe
concutiens
Habenas: Nec flagellum tenebat; sed eos hasta feriens
agitabat.
His itaque Priami filius omissis, intulit se aliorum
In turbam, & plurimis lethiferum diem adduxit
Derepente. Pernicioso enim turbini similis, perpetuo
Animose in hostes invehebatur: Adeo ut manibus illius
Innumeri trucidarentur, campusque in arctum redige-
retur cæsorum multitudine.
Ac veluti per longos montes in saltus convalles de-
scendens
Lignator festinus, sylvam fruticantem prosternit:
Ut carbones faciat; ubi terra condiderit
Prolixa cum igni ligna: Quæ hic illic prolapsa
Juga desuper operiunt: vir autem ille opere delectatur:
Sic etiam festinis Deiphobi manibus Achivi
Gregatim cæsi inter se procumbunt.
Alii vero partim cum Trojanis rem gerunt, partim
fugiunt
Ad latum Xanthi fluxum: Quos in aquam
Dei-

V. 481. *Rhod.* Rhodomannus Ἔλαβ' · οὐδ' ἴχε μάστιν. Eam vocem ante probavimus, nec huic loco disconvenire judicamus. Nisi quod in præcipiti periculo evenit, dicas & flagello insonuisse, & hasta equos egisse. Unde consectarium est cum a Deiphobo, quia prævolabat, relinqui. Tunc retinebis cármen ἀλοχλήρως. *Dausq.* Adeo certa est Rhodomanni correctio, ut qui de ea dubitet, committendus sit Medicis: Apage illum Euclerum; apage illud Eucleri flagellum. *Pauw.*

160. Θρασαλίως δηΐοισιν ἰκτύχετο] ἰκτίρχετο vel ἰκφύχετο. *Rhod.* Hostibus imprecabatur. Nec audio reponentes ἰκφύχετο vel ἰκτίρχετο: etsi ἰκφύχετο reponi possit aptissime. At non idcirco istud alterum oblinendum. *Dausq.* Scribe ἰκφύχετο, & insulsissimum Dausqueji commentum ride. *Pauw.*

161. Μυρίοι ἐκτείνοντο] Itane
μυ-

Δηΐφοβος συνέλασε, καὶ οὐκ ἀπέληγε φόνοιο·
Ὡς δ' ὁπότ' ἰχθυόεντος ἐπ' ἠόσιν Ελλησπόντου
Δίκτυον ἐξερύωσι πολύκμητοι ἁλιῆες,
Κολπωθὲν ποτὶ γαῖαν, ἔσω δ' ἁλὸς εἰσέτ' ἐόντας,
Ενθόρῃ αἰζηὸς, γναμπτὸν δόρυ χερσὶ μεμαρπὼς, 175
Αἰνὸν ἐπὶ ξιφίῃσι φέρει φόνον, ἄλλοθεν δ' ἄλλον
Δάμναται, ὄν κε κίχῃσι, φόνῳ δ' ἐρυθαίνεται ὕδωρ·
Ὡς τοῦ ὑπαὶ παλάμῃσι περὶ Ξάνθοιο ῥέεθρα
Αἵματι φοινίχθησαν· ἐνεστείνοντο δὲ νεκροὶ·
Οὐδέ μεν οὐδ' ἄρα Τρῶες ἀναιμωτὶ πονέοντο, 180
Αλλὰ σφέας ἐδάϊζεν Αχιλλέος ὄμβριμος υἱὸς
Αμφ' ἄλλῃσι φάλαγξι· Θέτις δέ που εἰσορόωσα,
Τέρπετ' ἐφ' υἱωνῷ, ὅσον ἄχνυτο Πηλείωνι·
Τοῦ γὰρ ὑπὸ μελίῃ πουλὺς στρατὸς ἐν κονίῃσι
Πίπτεν ὁμῶς ἵπποισιν· ὁ δ' ἑσπόμενος, κεράϊζεν· 185
Ενθ' Αμίδην ἐδάϊξε περικλυτὸν, ὃς ῥά οἱ ἵππων
Εζόμενος συνέκυρσε, καὶ οὐκ ἀπόνητ' ἐρατεινῆς
Ιπποσίης· δὴ γάρ μιν ὑπ' ἔγχεϊ τύψε φαεινῷ
Ες νηδὺν· αἰχμὴ δὲ ποτὶ ῥάχιν ἐξεπέρησεν·
Εγκατα δ' ἐξεχύθησαν· ἕλεν δέ μιν οὐλομένη κὴρ 190
Εσσυμένως, ἵπποιο θοοῦ παρὰ ποσσὶ πεσόντα·

Εἶλε

μυρίοι? Ingens ſane numerus, & quantus ille exercitus, ſi toties cecidiſſent μυρίοι, quoties id ſcribit Quintus? *Pauw.*

171. Δηΐφοβος συνέλασε] Δηΐφοβος συνέλασσε. *Rhod.*

174. ἴσω δ' ἁλὸς εἰσέτ' ἐόντας] εἰσέτ' ἐόντος. *Rhod.*

276. Αἰνὸν ἐπὶ ξιφίῃσι φέρει φόνον, ἄλλοθεν δ' ἄλλον Δάμναται] ἄλλοθεν δ' ἄλλον. *Rhod.* Ita recte Rhodomannus: Sed ſic locus non eſt emaculatus: Laborat enim in verborum Syntaxi, & poſt ἐνθόρῃ αἰζηὸς non recte ſequitur φέρει ita abſolute. Scribendum puto, Ενθόρῃ αἰζηὸς, γναμπτὸν δορὶ χερσὶ μεμαρπὼς, Αἰνὸν ἐπὶ ξιφίῃσι φέρειν vel φέρων φόνον, ἄλλοθι δ' ἄλλον Δάμναται. Prius elegantius, quam poſterius, ideoque præferendum fortaſſe: ἐνθόρῃ φέρειν, vel μεμαρπὼς φέρειν: Græce docti ſciunt. *Pauw.*

179. ἐνεστείνοντο δὲ νεκροί] Nonne potius, ἐνεστείνοντο δὲ νεκροῖς, ut ἐνεστείνοντο ad ῥέεθρα pertineat? φοινίχθησαν præceſſit numero plurium. *Pauw.*

186.

Deiphobus cogit; nec cædendi finem facit.
Non secus ac si pisciferi in littore Hellesponti
Multo labore exerciti piscatores rete extrahunt
Sinuatum ad terram: Quod cum adhuc in mari est,
Insilit juvenis, inflexoque conto manibus comprehenso,
Tristem Xiphiis necem affert, & alibi alium
Interemit, quemcunque nactus fuerit: stragequè illa
unda cruentatur.
Sic Deiphobi manibus Xanthi fluenta passim
Sanguine rubescebant, inque iis arcte se premebant
cadavera.
At nec Troës incruentam gerebant pugnam:
Sed eos trucidabat violentus Achillis filius
Inter alias phalanges. Thetis itaque procul conspiciens,
Tantum de nepote lætitiæ, quantum de filio luctus,
percepit.
Ejus enim hasta ingens exercitus numerus in pulvere
Occubuit, una cum equis; ipseque insequens strages
edidit.
Ibi Amiden obtruncat nobilem: Qui ipsi equis
Insidens occurrit; nec juvit eum jucundum
Rei equestris studium. Namque hasta illum fulgidæ
perculit
In ventrem ita ut mucro per spinam dorsi penetraret.
Effusa itaque sunt ilia, lethalisque eum Parca cepit
Confestim, ad velocis equi pedes delapsum.

Peri-

186. *Εἰδ' Ἀμίδην ἰδάϊξε περικλυτὸν*] Asperius mihi est' Ἀμίδην, quam Ἀμίγδην: Nam Homerus primam in ἄγδους corripuit, & Martiali licuit esse tam diserto, ut scripserit Lib. 6. ad Stellam:

Sardonychas, Smaragdos, adamantas, jaspidas uno.

Dausq. Suldas in Lexico suo loco, Ἀμίδης, ὄνομα κύριον. Ubi ille Ἀμίγδης Dausqueji, & cur Ἀμίδης asperius, quam Ἀμίγδης? Nugæ & nugacissimæ nugæ. *Pauw.*

Ibid. *ὅς ῥά οἱ ἵππων ἐξόμενος ἐυήνορος*] Nota Ellypsin: ἵππων ἐξόμενος pro ἐφ' ἵππων ἐξόμενος. Sed an forte legendum ἵππῳ vel ἵππου ἐξόμενος, ubi mox sequitur ἵπποισι θεοῦ παρὰ πόσσι πεσόντα? Equo singulari insidebat, non currui cum auriga: Eo etiam pertinet, καὶ οὐκ ἀπόνητ' ἡνιοχῆος Ἰππασίης, si attendas. *Pauw.*

192.

Εἶλε δ' ἄρ' Ασκάνιόν τε, καὶ Οἴνοπα· τὸν μὲν ἐλάσσας
Δουρὶ μετὰ στομάχοιο ποτὶ στόμα· τὸν δ' ὑπὸ λαιμὸν
Καίριος ἔνθα μάλιστα πέλει μόρος ἀνθρώποισιν·
Αλλους δ' ἔκτανεν, ὅσους κίχε, τίς κεν ἐκείνους * 195
Ανδρῶν μυθήσαιτο κατὰ κλόνον, ὅσσοι ὅλοντο
Χερσὶ Νεοπτολέμοιο; κάμεν δέ οἱ οὔποτε γυῖα·
Ως δ' ὁπότ' αἰζηῶν τὶς ἀγρῷ ἐνὶ τηλεθάοντι,
Παννήμαρ κρατερῇσι πονησάμενος παλάμῃσιν,
Ες γαῖαν κατέχευεν ἀπείρονα καρπὸν ἐλαίης 200
Ράβδῳ ἐπισπέρχων, ἐκάλυψε δὲ χῶρον ὕπερθεν,

Ως

192. τὸν μὲν ἐλάσσας Δουρὶ μετὰ στομάχοιο ποτὶ στόμα] Δουρὶ μέγα. *Rhod.* Rhodomannus reſcribit μέγα στομάχοιο ποτὶ στόμα. Quæ correctio etſi non neceſſaria, cum re tamen congruentiſſima eſt. Non neceſſaria; quia intelligi poteſt, ut Pyrrhus telum impulerit *ad os cum ſtomacho*: ibi enim *ſtomachus* naſcitur teſte M. Tullio Lib. 2. de Natura Deorum: *Linguam autem ad radicem ejus hærens ſtomachus excipit, quo primum illabuntur ea, quæ accepta ſunt: oris utraque ex parte tonſillas attingens palato extremo, atque intimo terminatur.* Suffragatur Gellius Lib. 7. Cap. 11. Euſtathius in Iliad. P. Celſus, & Veſſalius. Eam partem vocavit Homerus στομάχοιο θίμιτλα, ubi & *ſtomacho* perfoſſo ἀντικρὺ δ' ἀπαλοῖο δι' αὐχένος ἤλυθ' ἀκωκή. Omitti non poteſt Euſtathius in Iliad. Γ. Ες δὲ τῷ, Απὸ στομάχης ἀρηῶν τάμε νηλεῖ χαλκῷ, σφάζεσθαί φησι τοὺς ἄρτας Ομηρος κατὰ στομάχης, ὃ λαμβάνων τὸν στόμαχον κατὰ τὴν τῶν συνήθειαν, ἀλλὰ κατὰ τὴν τότε. στόμαχοι γάρ φησι τὰ κάτω μέρη τοῦ λαιμοῦ· οἱ βρόγχοι· καὶ στομάχοιο ἀλλαχοῦ θίμιτλα ὁ φάρυγξ, ἢ καὶ στόμα κοιλίας. Nota dignus eſt & Calabri locus Lib. 13.

——— διὰ στομάχοιο πίρησιν,
Ηχι θοαὶ πόσιός τε, καὶ ἐδητύος εἰσι κέλευθοι.

Veteri autem uſu vocis uſum Calabrum inde pateſcit, quod hunc μετὰ στομάχοιο ποτὶ στόμα feriat, alterum ὑπὸ λαιμόν; hoc eſt uno ictu una in parte duos confodere. λαιμὸς enim jugulum Iliad. Τ.

——— οὔπως γὰρ ἴμοιγε φίλον κατὰ λαιμὸν ἰείη
Οὐ πόσις, οὐδὲ βρῶσις ἐταίρῳ τεθνειῶτος.

Congruentiſſima tamen illa correctio: quod *ſtomachi* os ſuperius, quæ gula, majus eſt ore inferiore ad ventriculum pertinente: ita Gorrhæus & Medici. Adi ad Oribaſium Cap. de lingua & agnatis. *Dausq. μετὰ στομάχοιο ποτὶ στόμα, ad os cum ſtomacho*, inepta locutio eſt,

Perimit etiam Aſcanium & Oenopem, illum feriens
Haſta ſecundum patulum ſtomachi orificium, hunc in gulam;
Ubi maxime præſens ac cita eſt mors hominibus.
Alios etiam porro interficit, quos aſſequitur. Quisnam illos
Enumeret, in conflictu virum quot neci dati fuerint,
Manibus Neoptolemi? nec unquam defatigationem ejus membra ſenſerunt.
Veluti cum juvenum quiſpiam in agro florenti
Toto die validis manibus laborans,
Ad terram decutit infinitum oleæ fructum,
Pertica verberans, & loci ſuperficiem operit:

Ita

eſt, quicquid Dausqueji acumen ſibi confingat. Haud dubie legendum μέγα στομάχοιο πατὰ σῶμα, quod non eſt gula, ut male ſibi perſuaſit Dausquejus, ſed ipſius ventriculi os ſuperius, quod cibum recipit, & revera majus eſt ore ventriculi inferiore, quod cibum emittit, ut nemo neſcit, qui non ignorat corporis fabricam. στόμαχος nempe hic ſine dubio eſt ventriculus: Nam id aperte probat ſequens ὑπὸ λαιμὸν, quod vulnus alia parte inflictum denotare debet, & ineptiſſime in rem ſuam adducit bonus Dausquejus: Vident ipſi Tyrones, qui artem dicendi diſcere modo incipiunt, nihilque perſpicuum magis. Viſne aliud, quod nunc commode adhuc mihi in mentem venit? Vulgata etiam ſervari poteſt, ſi τὸν μὲν ἐλάσσας δουρὶ μετὰ ſcriptum velis pro ἐλάσσας μετὰ δουρὶ, & δουρὶ ſimpliciter: Nam μετὰ aliquando idem, quod διὰ, inſtrumenti notionem habens: Eo pertinet notiſſimus ille locus Homeri Iliad. Ε. V. 344. Καὶ τὸν μὲν μετὰ χερσὶν ἰήσατο Φοῖβος Ἀπόλλων. Quare nunc elige, & vide quid præferas tibi: Levicula emendatio locum vulneris magis diſtincte, vulgata lectio minus diſtincte indicat: Id certum. *Rauw.*

195. Ἄλλους δ' ἔκτανεν, ὅσσους κίχε] Ἄλλους δ' ἔκταινεν αὖθις vel αἶψα, vel Ἄλλους δ' αὖτ' ἔκτεινεν, ὅσσους. *Rhod.* Scribe, Ἄλλους δ' ἄλλοτε κτεῖνεν, ὅσσους κίχε. Brodæus, Ἄλλους δ' ἔκταν' ἄνδρας, ὅσσους κίχε. Rhodomanus; Ἄλλους δ' αὖτ' ἔκτεινεν. *Dausq.* Verſus mutilus: Interpretum commenta non placent: Rectius ſcripſerim, Ἄλλους δ' ἔκτανε πάντας, ὅσσους κίχε. *Rauw.*

Ibid. τίς κεν ἐκείνους Ἀνδρῶν μυθήσαιτο] ἐκείνους ἀνδρῶν ſuſpectum eſt iſta forma: Nonne ſcribendum, τίς κεν ἕκαστος vel ἕκαστον Ἀνδρῶν μυθήσαιτο? *Rauw.*

199. Πατρὸς ἀμαιμακέτοιο πανυ-

στάτῳ

Ὡς οὗ ὑπαὶ παλάμῃσι κατήριπε πουλὺς ὅμιλος·
Τυδείδης δ' ἑτέρωθεν, ἐϋμελίης τ' Ἀγαμέμνων,
Ἄλλοι τ' ἐν Δαναοῖσιν ἀριστῆες πονέοντο
Προφρονέως ἀνὰ δῆριν ἀμείλιχον· οὐδὲ μὲν ἐσθλοῖς
Τρώων ἡγεμόνεσσι δέος πέλεν, ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ
Ἐκ θυμοῖο μάχοντο, καὶ ἀνέρας αἰὲν ἔρυκον
Χαζομένους· πολέες δέ γε οὐκ ἀλέγοντες ἀνάκτων,
Ἐκ πολέμοιο φέβοντο, μένος τρομέοντες Ἀχαιῶν·
Ὀψὲ δ' ἄρ εἰσενόησε περὶ προχοῇσι Καμάνδρου
Ὀλλυμένους Δαναοὺς κρατερὸς πάϊς Αἰακίδαο
Αἰὲν ἐπασσυτέρους· λίπε δ' οὓς πάρος αὐτὸς ἔναιρεν,
Φεύγοντας προτὶ ἄστυ, καὶ Αὐτομέδοντι κέλευεν
Κεῖσ' ἐλάαν, ὅθι πουλὺς ἐδάμνατο λαὸς Ἀχαιῶν·
Αὐτὰρ ὅγ' αἶψα πίθησε, καὶ ἀθανάτων μένος ἵππων
Σεύεσκεν μάστιγι ποτὶ κλόνον· οἵ δ' ἐπέτοντο
Ῥίμφα διὰ κταμένων, κρατερὸν φορέοντες ἄνακτα·
Οἷος δ' ἐς πόλεμον φθισίμβροτον ἔρχεται Ἄρης,
Ἐμβεβαὼς ἵπποισι, περιτρομέει δ' ἄρα γυῖα
Ἐσσυμένου, καὶ θεῖα περὶ στέρνοισι θοῖο
Τεύχη ἐπιβρομέουσιν, ἴσον πυρὶ μαρμαίροντα·
Τοῖος Ἀχιλλῆος κρατεροῦ πάϊς ἤιεν ἄντην
Ἐσθλοῦ Δηϊφόβοιο· κόνις δ' ἐπαείρετο πολλὴ

Ἱπ-

ράμιτος &c.] Inepta comparatio propter ineptam ὑπερβολήν. *Pauw.*

202. Ὡς οὗ ὑπαὶ παλάμῃσι] Ὡς τοῦ ὑπὸ παλάμῃσι. *Rhod.*

203. ἐϋμελίης τ' Ἀγαμέμνων] ἐϋμελίης τ'. *Pauw.*

208. πολέες δέ γε οὐκ ἀλέγοντες ἀνάκτων] πολέες δὲ καὶ οὐκ. *Rhod.* Nihil muto, neque hiatum metuo: Minus etiam convenit καὶ. *Pauw.*

210. περὶ προχοῇσι Καμάνδρου] Σκαμάνδρου. qui tamen a κάμινος & ἄνδρας nomen accepit. *Rhod.* Καμάνδρου Verſus amat magis, quam Σκαμάνδρου: Apud Homerum tamen ſæpe etiam Σκάμανδρος ante ſyllabam brevem: Videbimus aliquando diſtinctius. Quod de Etymo ſcribit Rhodomannus, ineptum eſt. *Pauw.*

218. Οἷος δ' ἐς πόλεμον &c.] Hanc comparationem ubique ingerit bonus. *Pauw.*

219.

Ita illius manibus ingens turba proſternitur.
Cæterum alia parte Tydides, & haſta pollens Agamemnon,
Aliique inter Danaos optimates, negotium obibant
Alacriter, in ſævo certamine. Nec interim ſtrenui
Trojanorum ductores dant metui locum: verum & ipſi
Omni animi conatu præliantur, & ſemper retrahunt viros
Terga dantes. Multi tamen ſine ducum reſpectu
Ex prælio refugiunt, robur Achivum formidantes;
Tandem cognovit ad Scamandri alveum
Profligari Danaos fortis Æacidæ natus
Subinde denſiores. Ideo relicto, quibus antea trucidandis inſtabat,
Ad urbem fugiendi ſpacio, Automedonti præcepit,
Illuc ut (equos) impelleret, ubi magna Achivum multitudo ſternebatur.
Is igitur mox paret, & immortalium equorum tobur
Scutica concitat ad turbatam illam aciem. Hi volant
Subito per cæſorum cumulos fortem (ſecum) dominum ferentes.
Ac qualis ad bellum lethiferum Mars proficiſcitur,
Equis conſcenſis, paſſimque tremiſcit tellus,
Eo properante, & divina circum præcordia Dei
Arma, ignis inſtar fulgentia, intonant.
Talis robuſti Achillis natus tendebat contra
Virtute præſtantem Deiphobum: & frequens attollebatur pulvis

Cir-

219. περιτρομέει δ' ἄρα γαῖα Βοσυμένω] γαῖα Εσσυμένω. *Rhod.* Brodæus ſcribendum opinatur γαῖα. Calaber paullo infra:

——— ἀμφὶ δὲ ποσσὶ
Νισσομένοιο ἄνακτος ἐρεμνὴ κίνυτο γαῖα.

Homerus Iliad. N.

—— τρέμε δ' οὖρεα μακρὰ, καὶ ὕλη
Ποσσὶν ὑπ' ἀθανάτοισι Ποσειδάωνος ἰόντος.

Brodæus apud *Dausquejum.*

220. Θεῖα περὶ φρεσὶν Θεοῖο Τύχη] Θεῖα Θεοῖο: Vide Scholaſticí acumen. *Pauw.*

223. κόνις δ' ἐπαείρετο πολλὴ] πολλὴ hic nimis exile eſt pro Calabri majeſtate: pulvis immenſus & κόνις ἀπείρων in-

Im dolem

Ἵππων ἀμφὶ πόδεσσιν· ἰδὼν δέ μιν ἄλκιμος ἀνὴρ
Αὐτομέδων, ἐνόησεν ὅς τις πέλεν· αἶψα δ' ἄναχτι
Τοῖον ἔπος κατέλεξε, περικλυτὸν ἄνδρα πιφάσκων·
Ω ἄναξ, Δηϊφόβοιο πέλει στρατὸς, ἠδὲ καὶ αὐτὸς
Σεῖο πάροιθε τοκῆος ὑπέτρεμε· νῦν δέ οἱ ἐσθλὸν
Η θεὸς, ἢ δαίμων τις ὑπὸ κραδίην βάλε θάρσος.
Ως ἄρ' ἔφη· τὸν δ' ἄρα οὔτι προσέειπεν, ἀλλ' ἔτι μᾶλλον
Ἵππους ὠτρύνεσκεν ἐλαυνέμεν, ὄφρα τάχιστα
Ολλυμένοις Δαναοῖσιν ἀεικέα πότμον ἀλάλκοι·
Αλλ' ὅτε δή ῥ' ἀφίκοντο μάλα σχεδὸν ἀλλήλοισι,
Δὴ τότε Δηΐφοβος, μάλα περ κατέων πολέμοιο,
Εστη, ὅπως πῦρ αἰνὸν, ὅ τ' ὕδατος ἐγγὺς ἵηται·
Θάμβεε δ' εἰσορόων κρατερόφρονος Αἰακίδαο
Ἵππους, ἠδὲ καὶ υἷα πελώριον, οὔτι τοκῆος
Μείονα· τοῦ δ' ἄρα θυμὸς ὑπὸ φρεσὶν ὥρμαίνεσκεν
Αλλοτε μὲν φεύγειν, ὅτε δ' ἀνέρος ἄντα μάχεσθαι·
Ως δ' ὅτε σῦς ἐν ὄρεσσι νεηγενέων ἀπὸ τέκνων
Θῶας ἀποσσεύῃσι, λέων δ' ἑτέρωθι φανείη
Ἐκποθὲν ἐσσύμενος, τοῦ δ' ἵσταται ἄσπετος ὁρμὴ,
Οὔτε πρόσω μεμαῶτος ἔτ' ἐλθέμεν, οὔτ' ἄρ' ὀπίσσω,
Θήγει δ' ἀφριόωντας ὑπὸ γναθμοῖσιν ὀδόντας,

Ως

dolem ejus redoluiſſet. *Rauw.*

225. *Αὐτομέδων, ἐνόησεν ὅστις κέλευ*] *ὅτις κέλευ. Rhod.*

227. *Ω ἄναξ, Δηϊφόβοιο πέλει στρατὸς*] *Ω ἄνα. Rhod.*

Ibid. *ἠδὲ καὶ αὐτὸς Σεῖο πάροιθε τοκῆος ὑπέτρεμε*] Brodæus: *ἠδὲ καὶ αὐτὸς· Σεῖο πάροιθε τοκῆ' ὃς ὑπέτρεμε.* Haut multum aſpernanda lectio. Altera tamen correctionis non eget: quid enim liquidius? & ipſemet Deiphobus ad præſentiam parentis tui tremore ſuccutiebatur. *Dausq.* Haud dubie *ἠδὲ καὶ αὐτὸς* jungendum cum *Δηϊφόβοιο πέλει στρατὸς*: Nam non ſufficiebat nominare phalangem Deiphobi, ſed etiam ipſe Deiphobus nominandus erat: Phalanx hæc Deiphobi, & ipſe hic Deiphobus: Nihil certius. Diſtinguendum igitur poſt *αὐτὸς*, ut *Σεῖο πάροιθε τοκῆος ὑπέτρεμε* per ſe ſubſiſtat. Quid autem *ὑπέτρεμε τοκῆος*? An verbum *παθητικῶς* accipiendum, & ſubaudiendum *ὑπὸ* vel *ἔτι*-

Circa equorum pedes. Conſpicatus igitur illum vir fortis
Automedon, ſenſit quis eſſet, & ſtatim ad principem
Hujuſmodi ſermonem edidit, inſignem gloria virum indicans:
Here Deiphobi (iſte) globus eſt. At ipſe etiam
Parentem tuum antea expavit; nunc vero egregiam ipſi,
Aut Deus, aut Genius quiſpiam, in cor miſit fiduciam.
Sic dixit: cui is nihil reſpondit; ſed eo magis
Equos ad curſum incitavit, ut quam primum
Succumbentibus a Danais indignum propulſaret Fatum.
Cum itaque quam proxime inter ſe coiviſſent:
Exin Deiphobus, quamvis belli admodum cupidus,
Reſtitit; velut ignis rapidus, ſi quando aquam contigerit;
Et obſtupuit, videns Æacidæ magnanimi
Equos & filium procerum, nihilo parente
Inferiorem: Animusque in pectore deſtinabat
Nunc fugere, nunc rurſus cum viro dimicare.
Ut, quando in montibus ſus (agreſtis) a recens natis catulis
Thoas abigit; Leo autem alia ſe parte oſtendit
Irruens. Illius itaque vehemens impetus ſubſiſtit,
Nec porro nec retro pedem movere audentis.
Sed ſpumantes ſub maxillis dentes acuit.

Ita

ἴυκα? Id neceſſe, ut caſus patrii non ſint ſine magiſtro: Durior tamen Ellypſis, & quanquam ὑπατρίμιον παθητικῶς accipi poſſit, ἐνεργητικῶς tamen accipi mavult, quando voces ejus ductui committuntur: Sic autem caſus quartos, non ſecundos aut tertios, amare ſolet. Quare Brodæus certe melius & emaculatius, adhibita diſtinctione, quam ſententia ſibi requirit, Σεῖο πάροιθε τοκῆ' ὀὐπίτριμε· τῶν δέ &c. Quanquam ἐς ſane abeſſe poteſt, & abſolute ſcribi, Δηϊφόβοιο πάλιν τρατὸς, ἠδὲ καὶ αὐτὸς· Σεῖο πάροιθε τοκῆα ὑπίτριμε, τῶν δέ οἱ &c. Attende: Hoc accommodatius fere ad verborum & loci indolem. *Pauw.*

230. Ὡς ἄρ' ἔφη· τὸν δ' ἄρα οὔτι προτέτικτο, ἀλλ' ἔτι μᾶλλον] τὸν δ' οὔτι προτέτικτο. *Rhod.* Sic recte Rhodomannus: Fors in libris quibusdam ſcriptum fuit, Ὡς φάτο· τὸν δ' ἄρα οὔτι προτέτικτο, indeque enatus error. *Pauw.*

237. οὔτι τοκῆος Μείων] Ridiculum hoc: Valla ſcilicet

Ως υἱὸς Πριάμοιο σὺν ἄρμασι μίμνε, καὶ ἵπποις,
Πορφύρων Φρεσὶ πολλὰ, καὶ ἀμφαφόων δόρυ χερσὶ·
Τὸν δ' υἱὸς προσέειπεν ἀμειλίκτου Αχιλῆος·
Πριαμίδη, τίνυ τόσσον ἐπ' Αργείοισι μέμηνας
Χειροτέρεις, οἱ σεῖο περιτρομέοντες ὁμοκλὴν,
Φεύγον ἐπεσσυμένοιο, σὺ δ' ἥλπεο πολλὸν ἄριστος
Ἔμμεναι; ἀλλά σοι εἴπερ ὑπὸ κραδίῃ μένος ἐστὶν,
Ἡμετέρης πείρησαι ἀνὰ κλόνον ἀσχέτου ὁρμῆς.
Ως εἰπὼν, οἴμησε λέων ὡς ἄντ' ἐλάφοιο,
Εμβεβαὼς ἵπποισι, καὶ ἅρμασι πατρὸς ἑοῖο·
Καὶ νύ κε μὶν τάχα δουρὶ σὺν ἡνιόχῳ κατέπεφνεν,
Εἰ μή οἱ μέλαν αἶψα νέφος κατέχευεν Απόλλων
Εκποθεν Οὐλύμποιο, καὶ ἐξ ὁλοοῖο μόθοιο
Ηρπασε, καί μιν ἔθηκε ποτὶ πτόλιν· ἦχι καὶ ἄλλοι
Τρῶες ἔσαν φεύγοντες· ὅ δ' ἐς κενεὴν δόρυ τύψας
Ηέρα Πηλείδαο πάϊς, τοῖον ποτὶ μῦθον ἔειπεν·
473. Ἣν τοπάροις φθινύθουσαν ἀπέκλυσε χείματος αἰνοῦ Ὄμβρος ἐπιβρίσας] *Quod antea tabescens abluit tempestatis gravioris Imber ingruens.* De arvo hic cogitandum, quod ex ariditate sordet, & imber copiosior purgat & humectat. Interpres pessime. *Pauw.*

475. τεθαλυῖα πολυχμήτῳ ἐν ἀλωῇ] Illud πολυχμήτῳ ἐν ἀλωῇ hic significat *in laboriosa segete:* Nam ἄρουρα est vox principalis, unde τεθαλυῖα & reliqua pendent. Quare ἀλωὰ hic non potest significare *arvum*, sed *segetem in arvo.* Et hoc novum: Licet enim ἀλωὴ aliquando accipiatur pro segete, si Grammaticos audiamus ad Iliad. I. V. 536., id insolens illud, quod hic habemus, tollere non potest: quia in locis, quos illi respiciunt, ἀλωὴ occurrit sola, hic autem ἄρουρα ἐν ἀλωῇ habemus junctim: Quod sane perquam

Ut quando arvum ſpicarum incremento augetur,
Quod inundatione prius ſuffocaverat ſævæ tempeſtatis
Imber ingraveſcens: illud autem cum a ventis (quaſi) ſanatur,
Ridet, efflореſcens per bene ſubactum agrum.
Ita etiam Philoctetæ, prius malehabentis,
Totum corpus ſubito florem recepit, & in convexa ſpecu
Reliquit omnes curas; quæ ipſi animum confecerant.
Proinde Atridæ, cum viderent veluti ab orco redeuntem
Virum, demirati ſunt; Aſſerebant enim, opus id eſſe
Deorum; Quod & verum, ut exiſtimabant, fuit.
Etenim proceritatem ipſi & formæ nitorem affuderat
Benigna Minerva; Talemque exhibuit videndum, qualis fuerat
Antea inter Argivos, quam infortunio opprimeretur.
Atque tunc in prætorium Agamemnonis opulenti
Omnes ſimul optimates deducebant Pœantium heroëm;
Et honore illuſtri affectum epulo dignabantur.
Sed ubi potus & almi cibi ſatietas eos ceperat,
Tandem compellavit eum haſta probatus Agamemnon:
Amice, Quandoquidem te olim deorum voluntate
In circumflua Lemno, mente capti, deſeruimus:

Ne

quam novum eſt, & ego etiam non ſatis probo. At tamen Auctor ita ſcripſit, & loqui voluit ſuo jure: Vitii enim ſuſpicio in voce ἀλωῇ hactenus nulla. Illud adjiciendum uno verbo: Ubi ἀλωὴ pro ipſa ſegete hic dixit Quintus, admodum probabile eſt, pro πολυκμήτῳ eum pinxiſſe calamo ſuo πολυκτήτῳ: Nam id ſignificationem illam adjuvat, neque aptum eſt πολυκμήτῳ de ſegete: Attende. *Pauw.*

477. ἰύτρεχῳ δ' ἐπὶ κοίλῃ] ἰύτρεχάλῳ δ' ἐπὶ κοίλῃ. *Rhod.*

481. τὸ γὰρ ἦεν ἐτήτυμον, ὡς ἐνόησαν] τὸ δ' ἄρ' ἦεν ἐτήτυμον. *Rhod.* Factum divinitus jactabant. cur? ſic enim res erat, uti cogitabant. Nec admittenda caſtigatio acuti magis, quam conſiderati viri. *Dausq.* Apage nugas: Græcorum τάξις haud dubie τὸ δ' ἄρ' requirit & amat: Pueri vident. *Pauw.*

482. Καὶ γὰρ μίγιθός τε, καὶ] Καὶ γάρ εἰ μίγιθός τε. *Rhod.*

489. ἰϋμιλίης Ἀγαμέμνων] ἰϋμμιλίης. *Pauw.*

490. ἐπειδήπερ σὺ θεῶν ἰότητι τοπάρoιθεν] ἰότητι πάροιθεν. *Rhod.*

492.

Μήδ' ἡμῖν χόλον αἰνὸν ἐνὶ φρεσὶ σῇσι βαλέσθαι·
Οὐ γὰρ ἄνευ μαχάων τάδ' ἐρέξαμεν, ἀλλά που αὖ
Ἤθελον ἀθάνατοι νῶϊν κακὰ πολλὰ βαλέσθαι,
Σεῦ ἀπὸ νόσφιν ἐόντος, ἐπεὶ περίοιδας ὀϊστοῖς
Δυσμενέας δάμνασθαι, ὅτ' ἀντία σείο μάχονται,
Πᾶσαν τ' ἂν ἤπειρον, πέλαγός τ' ἀνὰ μακρὸν ἄϊστοι
Μειράων ἰότητι, πολυσχιδέες τε πέλονται,
Πυκναί τε, σκολιαί τε, τετραμμέναι ἄλλυδις ἄλλῃ·
Τῶν δὲ δὴ αἰζηοὶ φορέονθ' ὑπὸ δαίμονος αἶσαν,
Εἰδόμενοι φύλοπιν ὑπὸ πνοιῇς ἀνέμοιο
Σευομένων· ἀγαθὸς δὲ κακῇ ἐνέκυρσε κελεύθῳ
Πολλάκις· οὐκ ἐσθλὸς δ' ἀγαθῇ· τάς δ' οὔτ' ἀλέασθαι,
Οὔτ' ἂρ ἐχών τις ἑλέσθαι ἐπιχθόνιος δύνατ' ἀνὴρ·
Χὴ δὲ σαόφρονα φῶτα, καὶ ἣν φορέηθ' ὑπ' ἀέλλης

Οἴ-

492. Μήδ' ἡμῖν χόλον αἰνὸν ἐνὶ φρεσὶ σῇσι βαλέσθαι] Elt fere, ac si Versus ante hunc desit: Attende ad indolem loci & vocula μήδε. βαλέσθαι pro βαλοῦ accipi potest: Id ego non nego. *Pauw.*

493. ἀλλά που αὖ Ἤθελον ἀθάνατοι] ἀλλά που αὐτοὶ. *Rhod.*

495. ἐπεὶ περίοιδας ὀϊστοῖς] Malim divisim πέρι οἶδας, inprimis ubi casus patrius non accedit. *Pauw.*

497. Πᾶσάν τ' ἂν' ἤπειρον] Πᾶσαν ἀν' ἤπειρον. Etsi nullus in Aldino asteriscus est: tamen non dubito, quin aliquid injuria temporum & librariorum incuria, quæ duo autorem optimum pessime deformarunt, hic intercíderit: Ego juveniliter hoc in loco, ut & quibusdam aliis, ubi sensus minus corruptus est, quondam ludens, versum hunc, initio disputationis istius intercalavi, quo uti poterit, qui volet: Ἀνδράσι γὰρ βιότοιο πολυπλάγκτοιο κίλιννοι Πᾶσαι &c. Hominibus enim vitæ multivagæ viæ &c. *Rhod.* Adjicit Rhodomannus Ἀνδράσι γὰρ &c. Calabro adsimile quidpiam ereptum est. *Dausq.*

498. Μειράων ἰότητι] Μειράων ἰότητι. *Rhod.*

499. Πυκναί τε, σκολιαί τε] Minus aptum est Πυκναί: Rectius scripsisset Quintus Στεινάί τε, σκολιαί τε. De numero hic loqui non necesse, sed de viarum conditione: Πᾶσαν ἀν' ἤπειρον, πέλαγός τ' ἀνὰ μακρὸν, quod præcessit cum ipso forte πολλαί, ad numerum pertinet. *Pauw.*

500. Τῶν δὲ δὴ αἰζηοὶ φορέονθ' ὑπὸ δαίμονος αἶσαν] Τῶν δὲ δι' αἰζηοί, *Rhod.* Recte correctum

Τῶν

Ne in nos (propterea) atrocem iram cordi infixam geras.
Non enim ſine Numine hoc patravimus: ſed ipſi
Dii immortales nobis plurima damna accumulare decreverant,
Te ſummoto. Quoniam apprime noſti ſagittis
Hoſtes proſternere cum pugna te laceſſunt. * *
In omni continente & vaſto pelago, obſcuræ,
Parcarum arbitrio, & multifidæ exſiſtunt (viæ),
Crebræque & obliquæ; aliæ alio converſæ:
Per has in fatalem Dei ſortem juvenes auferuntur,
Inſtar foliorum, quæ flatibus venti
Agitantur. Quo fit, ut bonus malam in viam incidat
Sæpenumero, & improbus in bonam: easque nec devitare,
Nec (quamlibet) volens quis eligere terrenus homo poteſt.
Oportet igitur virum prudentem, etiamſi abripiatur a procella
Diſſi-

Τῶν δὲ δι': Sed quid αἰζηοὶ? An ſoli juvenes Parcarum arbitrio in diverſas & difficiles illas viarum ſemitas conjiciuntur, & alii ſeniores una cum mulierculis ab illa Neceſſitatis lege ſunt immunes? Nihil ineptius, ut ſentis ſtatim, ſi aliquid ſentias. Nemo enim, ſive vir ſive fœmina, ſive juvenis ſive ſenex, ab illo Parcarum imperio ſeſe eximere poteſt, omnesque ei obtemperant & obtemperare debent. Quare locus ſine dubio inſigniter eſt corruptus: An legendum, Τῶν δὲ δι' οἱ θνητοὶ φορέονθ' ὑπὸ δαίμονος αἶσαν? Id bonum eſt, ſed tamen adhuc melius fortaſſe, Τῶν δὲ δι' ἄνθρωποι φορέονθ'. Pro ἄνθρωποι ſcilicet ſcriptum olim ἄνοι in Libris Antiquioribus: Quæ contractio infinitos errores peperit in Libris Recentioribus, & huic loco corrumpendo fortaſſe fuit. *Pauw.*

501. Εἰδόμενοι φύλακιν ὑπὸ πνοιῆς ἀνέμοιο Σινομένων] φύλλοισιν & Σινομένοις. *Rhod.* Vocis modulus contumacius ſedem occupet, ſi ſcribas cum Brodæo: Εἰδόμενοι φυλόπιστιν ὑπὸ πνοιῆς. Sic tentabam: Εἶδος φυλόπιδος μὲν ὑπὸ πνοιῆς ἀνέμοιο Σινομένης. Rectius forte Rhodomannus: Εἰδόμενοι φύλλοισιν —— Σινομένοις. *Dausq.* Rhodomannus perbene absque ullo dubio: Ad alias ineptias nauſeo. *Pauw.*

504. Οὔτ' ἄρ ἰκών τις — ἀνὴρ] Hoc probat αἰζηοὶ peſſime antea præceſſiſſe. *Pauw.*

505. καὶ ἢν φορέηται ὑπ' αἴλης] Parcarum puta: Hoc tamen durum hic. Nonne ſcribendum, καὶ, ἢν φορέηται ὑπ' αἴσης? Facta eliſione, imperitus

Οἴμην ἀργαλέην, στερεῇ φρενὶ τλῆναι ὀϊζὺν·
Αλλ' ἐπεὶ ἀασάμεθα, καὶ ἠλίτομεν, τόδε ἔργον
Ἐξαῦτις δώροισιν ἀρεσσόμεθ' ἀπλήτοισι,
Τρώων ἤν ποθ' ἕλωμεν εὐκτίμενον πτολίεθρον·
Νῦν δ' ἑπτὰ γυναῖκας, εἴκοσι δ' ὠκέας ἵππους
Αθλοφόρους, τρίποδάς τε δυώδεκα· τοῖς ἐπὶ θυμὸν
Τέρψεις ἤματα πάντα· καὶ ἐν κλισίῃσιν ἐμῇσιν
Αἰεί τοι παρὰ δαιτὶ γέρας βασιλήϊον ἔσται.
Ως εἰπὼν, ἤρωϊ πόρεν περικαλλέα δῶρα·
Τὸν δ' ἄρα Ποίαντος προσέφη κρατερόφρονος υἱὸς·
Ω φίλος, οὗτοι ἐγὼν ἔτι χώομαι, οὐδέ μιν ἄλλῳ
Αργείων, εἴ τις ἔτ' ἤντεεν εἵνεκ' ἐμοῖο·
Οἶδα γὰρ, ὡς τρεπτὸς νόος ἀνδράσι πέλεται ἐσθλοῖς,
Οὐδ' αἰεὶ χαλεπὸν θέμις ἔμμεναι, οὐδ' ἀσύφηλον·
Αλλοτε μὲν σμερδνὸν τελέθειν, ὁτὲ δ' ἤπιον εἶναι·

Νῦν

in gratiam Verſus αἴσης mutavit in ἄϊλλης: Hoc non improbabile. *Pauw.*

507. Αλλ' ἐπεὶ ἀασάμεθα] Ἀλλ' ἐπεὶ ἀασάμεσθα. *Rhod.*

510. Νῦν δ' ἑπτὰ γυναῖκας, εἴκοσι δ' ὠκέας ἵππους] Νῦν δὲ λάβ' ἑπτὰ, aut ἑλεῖν. *Rhod.* Suſpicor libellionis errato divulſe ſcriptum fuiſſe Νῦν δὲ μὲν; tum deinde μὲν evanuiſſe: ex quo ſic verſum reformo: Νῦν δόμεν ἑπτὰ γυναῖκας. Dixerat Agamemnon: Trojanorum ſpoliis te auctabimus: tantisper honorarium eſto, ſeptem mulieres, viginti equi, tripodes bis ſeni. Vel: Νῦν δὲ τῇ ἑπτὰ γυναῖκας: quod ignoratione intercèptum: id ſit, Nunc ſeptem cape mulieres. Sic Homerus: Τῇ. πίε οἶνον. *Dausq.* Non male Rhodomannus: neque diſplicet. Dauſqueji τῇ. *Pauw.*

512. Τέρψεις ἤματα πάντα] Quia hæc dona dabantur, ut illis interim ſe oblectaret Heros, donec alia meliora poſt captam Trojam acciperet, neſcio an non ſcribendum ſit, Τέρψεις ἤματα ταῦτα: ante excidium nempe, quod ſciebant ex Calchante poſt Philoctetæ adventum inſtare: Et hoc etiam commendat ſequens, καὶ ἐν κλισίῃσιν Αἰεί τοι παρὰ δαιτὶ &c. Eruditi judicent. *Pauw.*

516. οὗτοι ἐγὼν ἔτι χώομαι, οὐδέ μιν ἄλλῳ] οὐδὲ μὲν ἄλλῳ. *Rhod.* οὔ τοι hic ſcribendum disjunctim: Nam τοι poſitum eſt pro σοι. *Pauw.*

517. εἴ τις ἔτ' ἤντεεν εἵνεκ' ἐμοῖο] Mendum hic ſubeſt: lego interim, εἴπερ τις ἔτ' ἤλι-

τεν

Difficilem in viam, firmo pectore infelices caſus perferre.
Quare cum noxa admiſſa in te deliquerimus, facimus hoc
Muneribus deinceps cumulatiſſimis penſabimus:
Si quando munitam Troum urbem capiamus.
Nunc vero accipe ſeptem puellas, & viginti celeres equos,
Certaminum palmis nobiles, & duodecim tripodes:
Quibus animum
Perpetuo oblectabis, & in tabernaculis meis,
Regius tibi honos perpetuo inter convivandum habebitur.
Sic fatus, Heroi munera tradit elegantiſſima:
Cui (ad hunc modum) animoſi Pœantis filius reſpondet.
Amice; Nec tibi amplius ſuccenſeo, nec alii cuiquam
Argivum, ſi forte quis mea cauſa peccarit.
Scio enim, quod mutabilis mens ſit viris bonis:
Neque fas, ut quis perpetuo aut nimis rigidum, aut
ſegniter remiſſum, ſe præſtet;
Sed interdum ſeveritate interdum comitate utendum.
Nunc

τις, dum melius ſe offerat. *Rhod.* Forte, ut Rhodomannus, εἴπω τις ἴτ' ἤλιτιν. Forte: οὐδὲ μὲν ἄλλῳ; Ἀργείων μή τις κακῷ ἤντιν εἵνεκ' ἐμεῖο. *Nemini meo nomine male ſit*, quod optantis. *Dausq.* Locus non eſt adeo difficilis: Proxime ad verum Rhodomannus hic in Notis, εἴπω τις ἴτ' ἤλιτιν: Nam id rectum eſt, ſi unum ἴτ' excipias, cui hic locus eſt nullus. Scribendum credo, & ſic ipſe Vir Eruditus poſtea in Addendis, εἴπω τις ἐπήλιτιν εἵνεκ' ἐμεῖο. ἐπαλιτεῖν haud dubie bonum eſt. Præceſſit, Αλλ' ἐπεὶ ἀατώμεσθα καὶ ἡλίτομεν: Eo reſpiciunt hæc: Nihil planius. Quare neſcio, cur tituhaverit Rhodomannus. Et viſ-

ne adhuc aliud? Dicam: Scribendum fortaſſe, εἴ τις γέ τι ἤλιτεν εἵνεκ' ἐμεῖο: quod facile, & propius ad literarum veſtigia adhuc accedit: Hoc vides ſtatim. Sume igitur, quod placet, & alterutro locum ſanatum eſſe crede. De commento Dausquejano non loquor: Id dignum eſt Morbonia. *Pauw.*

518. Οἶδα γὰρ, ὡς τρίπτολεμος ἀνδράσι πίλεται ἐσθλοῖς] τρίπτολεμος πίλεται τοὺς ἀνδράσιν ἐσθλοῖς. τρίπτολεμοι τε φρένες ἐσθλαὶ inquit Homerus. *Rhod.*

519. ἀδ' ἀτύφελον] Recte Interpres, *aut ſegniter remiſſum*: Et hoc nota. *Pauw.*

520. Αλλοτε μὲν σμερδνὸν τελέθειν, ὁτὲ δ' ἤπιον εἶναι] Hæc a præcedentibus pendent, &

Νῦν δ' ἴομεν ποτὶ κοῖτον, ἐπεὶ χατέοντι μάχεσθαι,
Βέλτερον ὑπνώειν, ἢ ἐπὶ πλέον εἰλαπινάζειν.
Ὡς εἰπὼν, ἀπόρουσε, καὶ ἐς κλισίην ἀφίκανε
Σφῶν ἑτάρων· οἱ δ' αἶψα Φιλοπτολέμῳ βασιλῆϊ
Εὐνὴν ἐντύνοντο, μέγα φρεσὶ καγχαλόωντες·
Αὐτὰρ ὅγ' ἀσπασίως κατελέξατο μέχρις ἐπ' ἠὼ·
Νὺξ δ' ἀνεχάσσατο δῖα· φάος δ' ἐρύθηνε κολώνας
Ἠέλιου· καὶ πάντα βροτοὶ περιποίπνυον ἔργα·
Ἀργεῖοι δ' ὁλοοῖο μέγ' ἱέμενοι πολέμοιο,
Οἱ μὲν δούρατα θῆγον ἐΰξοα· τοὶ δὲ βέλεμνα·
Ἄλλοι δ' αἰγανέας· ἅμα δ' ἠοῖ δαῖτα πένοντο
Αὐτοῖς ἠδ' ἵπποισι· πάσαντο δὲ πάντες ἐδωδήν·
Τοῖσιν δὴ Ποίαντος ἀμύμονος ὄμβριμος υἱὸς,
Τοῖον ἔπος μετέειπεν, ἐποτρύνων πονέεσθαι·
Εἶδ' ἄγε πολέμοιο μεδώμεθα· μή δέ τις ἡμέων
Μιμνέτω ἐν νήεσσι πάρος κλυτὰ τείχεα λύσαι
Τρώϊης εὐπύργοιο, καταπρῆσαί τε κέλευθα.
Ὡς φάτο· τοῖσι δὲ θυμὸς ὑπὸ κραδίῃ μέγ' ἰάνθη·
Δύσαν δ' ἐν τεύχεσσι, καὶ ἀσπίσιν· ἐκ δ' ἄρα νηῶν
Πανσυδίῃ βελέεσσι κεκασμένοι ἐσσεύοντο,
Καὶ βοέοις σακέεσσι, καὶ ἀμφιάλοις κορύθεσσιν·
Ἄλλος δ' ἄλλον ἔρειδε κατὰ στίχας· οὐδέ κε φαίης

Κεί-

proinde vocula μὶν incongrua eſt, & male habet. Scribendum, Ἀλλοτε δὲ σμερδνὸν τιλίθειν, ὁτὲ δ' ἤπιον εἶναι: Sic ſententia bona eſt, & apte cohæret. Vide autem, quam large ἔμμεναι, τιλίθειν, εἶναι hic cumulet Quintus. Erunt, qui ſcripturi ſunt, Ἀλλοτε δὲ σμερδνὸν τιλίθειν, ὁτὲ δ' ἤπιον εἶμεν: Sed cum illis ego non faciam. *Pauw.*

531. δαῖτα πίνοντο Αὐτοῖς ἠδ' ἵπποισι] Junge V. 53. Lib. 6. *Pauw.*

535. Εἶδ' ἄγε πολίμοιο μεδώμεθα· μή δέ τις ἡμέων] Εἶδ' ἄγε δή, vel Εἶδ' ἄγε νῦν: Et ὑμέων. *Rhod.* Scribe, Εἶ' ἄγετε πολίμοιο. Εἶ' conciſum ex εἶα, quod hortantis. *Dausq.* Rectius Rhodomannus; ſed cujus ὑμέων non probo: Res eſt aperta. *Pauw.*

537. καταπρῆσαί τε κέλευθα] Quid hoc? An viæ incenduntur? Nugæ, nugæ. Interpres *vicos* habet: Sed id commentum eſt ejus.

Aliud

Nunc vero cubitum eamus. Quem pugnandi enim neceſſitas ſtimulat,
Hunc ſomno reficere corpus, quam prolixius convivio indulgere, ſatius eſt.
Sic profatus ſe abripuit, & in tentorium ſuorum
Comitum conceſſit. Qui ſtatim bellicoſo regi
Cubile inſtruunt magno animum gaudio delibuti.
Ipſe vero lubens quiete ad matutinam uſque lucem fruebatur.
Exinde nox divina abſceſſit, & punicco colore juga ſtrinxit jubar
Solis, propereque ad omnis generis opera homines ſe accingebant.
Argivi autem, exitialis belli magna cupiditate æſtuantes,
Partim lanceas acuebant politas, partim ſagittas,
Nonnulli etiam frameas. Et cum lucis exortu jentaculum parabant
Sibimet & equis; omnesque cibum ſumebant.
Quos generoſi Pœantis natus fortiſſimus,
His verbis allocutus, ad ſtrenue rem gerendam excitavit.
Nunc agite in belli curam incumbamus; nec quis veſtrum
In navibus ſubſiſtat: priusquam clara mœnia diruerimus
Turritæ Troiæ, incenderimusque vicos.
Sicait: At illi magnum intimo pectore gaudium concipiunt.
Indutis igitur armis atque clypeis, e navibus
Confertis agminibus erumpunt; inſtructi telis,
Ac bubulis ſcutis, galeisque criſtatis:
Et alius alium, in ſuo quisque ordine fulcit, nec dixiſſes,
Illis

Aliud latet, & locus vitio inquinatus eſt: Scribe, *καταπρέπει τι μίλαθρα.* Id perſpicuum eſt, & omnes intelligunt. *Pauw.*

539. *Δύσαν δ' ἐ τεύχεσι*] Junge, quæ ad V. 68. hujus Libri noto. Eadem locutio apud Homerum etiam occurrit, ſed non niſi ſemel, ſi bene memini, Iliade nempe Υ. V. 131. Perpende, quæ dixi. *Pauw.*

541. *καὶ ἀμφιάλοις κορύθεσσιν*] ἀμφιφάλοις. *Rhod.*

542. *οὐδέ κε φαίης Κίπων ἐσσομένων, ἐκὰς ἴμμεναι ἄλλον ἐπ' ἄλλῳ*

Κείνων ἐσσυμένων, ἐκὰς ἔμμεναι ἄλλον ἐπ' ἄλλῳ·
Ὡς ἄρ' ἔσαν θαμινοὶ, καὶ ἀρηρότες ἀλλήλοισι.

ἄλλῳ] Vitium manifestum: Interpres vertit, ac si scriptum esset, οὐδέ κε φαίης Κείνων ἐσσυμένων, ἐκὰς ἔμμεναι ἄλλον ἀπ' ἄλλου: quod sine dubio pravum est: Nam de illis, qui ita sunt propinqui, ut sese suffulciant mutuo, istud ἔμμεναι ἐκὰς ἄλλον ἀπ' ἄλλου dici non potest, nisi perquam stolide & inepte. Aliud requiritur, neque ita balbutiit Quintus. Credo locum a distinctione laborare, & interpungen-

ΚΟΙΝΤΟΥ ΚΑΛΑΒΡΟΥ

ΠΑΡΑΛΕΙΠΟΜΕΝΩΝ ΟΜΗΡΩ

ΒΙΒΛΙΟΝ ΔΕΚΑΤΟΝ.

Τρῶες δ' αὖτ' ἔκτοσθεν ἔσαν Πριάμοιο πάλῃος
Πάντες σὺν τεύχεσσι, καὶ ἅρμασιν, ἠδὲ καὶ ἵπποις
Ὠκυτάτοις· καὶον γὰρ ἀποκταμένους ἐνὶ χάρμῃ,
Δειδιότες μὴ λαὸς ἐπιβρίσειεν Ἀχαιῶν·
Τοὺς δ' ὡς οὖν ἐσίδοντο ποτὶ πτόλιν ἀίσσοντας
Ἐσσυμένως, κταμένοισι κυτὸν περὶ σῆμ' ἐβάλοντο,
Σπερχόμενοι· δεινὸν γὰρ ὑποτρομέεσκον ἰδόντες·
Τοῖς δ' ἄρ', ἀχνυμένοισιν ὑπὸ φρεσὶ, μῦθον ἔειπε
Πουλυδάμας, ὃ γὰρ ἔσκε λίην πινυτὸς, καὶ ἐχέφρων·
Ὦ φίλοι, οὐκ' ἔτ' ἀνεκτὸς ἐφ' ἡμῖν μαίνεται Ἄρης·
Ἀλλ' ἄγε δὴ φραζώμεθ' ὅπως πολέμιόν τι μῆχος
Εὕρωμεν· Δαναοὶ γὰρ ἐπικρατέουσι μένοντες·

Νῦν

8. τοῖς δ' ἄρ', ἀχνυμένοισιν] τοῖσι δ' ἄρ', ἀχνυμένοισιν. *Rhod.*

12. Δαναοὶ γὰρ ἐπικρατέουσι μένοντες] *Danai enim vincunt manentes*: Quid hoc, & quæ Emphasis in eo? Interpres comminiscitur, quæ nemo Græce doctus probabit. Locus est suspectus: An forte legendum, Δαναοὶ γὰρ ἐπικρατέουσι μαχόντας?

Illis incedentibus, alterum ab altero distare:
Tam densi & coaptati inter se erant.

dum esse, οὐδέ κε φαίης Κείνων ἐσσυμένων ἐκὰς, ἔμμεναι ἄλλον ἐπ' ἄλλῳ: neque dixisses, illis se moventibus procul & paulo longius à te, esse alium post alium, sed omnes globum unum constituere, in quo nec primi, nec secundi, quique massa una motu constabat uno: Eo pertinet sequens, Ὡς ἄρ' ἔσαν θαμινοὶ, καὶ ἀρηρότες ἀλλήλοισι: Inter se cohærebant, & quasi coagmentati erant. *Pauw.*

QUINTI CALABRI PRÆTERMISSORUM AB HOMERO LIBER DECIMUS.

TRoes autem extra Priami urbem erant
Universi, cum armis, curribus & equis
Velocissimis. Cremabant enim in pugna per-
emtos:
Timentes, ne exercitus Achivum impressionem faceret.
Hos igitur ubi viderunt ad urbem tendere
Raptim, effossæ telluris monimentum cæsis aggera-
runt
Festinantes. Valde enim tremebant visis (hostibus:)
Quibus ægritudine metuque dejectis, verba fecit
Polydamas, qui apprime erat prudens & cordatus.
Amici! Mars non amplius tolerandus in nos furit.
Verum agite; consilium incamus, qua ratione modum
aliquem conficiendi belli
Inveniamus. Danai enim tam mora, quam viribus
(nos) vincunt.

Nunc

τις? μαχέσω est pugnare cupio, in pugnam procedo: Id hujus loci, & sequentibus mire convenient: *Danai enim vincunt nos pugnare cupientes & in pugnam progressos. Pauw.*

Νῦν δ' ἄγε δὴ πύργοισιν ἐϋτμήτοισιν ἐπιβάντες,
Μίμνωμεν νύκτας τε, καὶ ἤματα δηιόωντες,
Εἰσόκε δὴ Δαναοὶ Σπάρτην ἐρίβωλον ἵκωνται,
Ἢ αὐτοῦ παρὰ τεῖχος ἀκηδήσωσι μένοντες,
Ἀχλέες ἐζόμενοι, ἐπεὶ οὐ σθένος ἔσσεται αὐτῶν
Ῥῆξαι τείχεα μακρὰ, καὶ εἰ μάλα πολλὰ κάμωσιν·
Οὐ γὰρ ἀβληχρὰ θεοῖς τετεύχαται ἄφθιτα ἔργα·
Οὐδέ τι που βρώμης ἐπιδεύμενοι, οὐδὲ ποτῆτος·
Πολλὰ γὰρ ἐν Πριάμοιο πολυχρύσοιο μελάθροις
Ἐμπεδον εἴδατα κεῖται, ἅπερ πολέεσσι καὶ ἄλλοις
Πολλὸν ἐπὶ χρόνον ἔσσετ' ἀγειρομένοισιν ἐδωδὴ
Ἐς χόρτον, εἰ καὶ ἔτ' ἄλλος ἐελδομένοισιν ἵκηται,
Τρὶς τόσος ἐνθάδε λαὸς, ἀρηγέμεναι μενεαίνων.
Ὡς φάτο· τὸν δ' ἐνένισπε θρασὺς πάϊς Ἀγχίσαο·
Πουλυδάμα, πῶς γάρ σε σαόφρονα φασὶ τετύχθαι,
Ὅς κέλεαι ποτὶ δῆμιν ἀνὰ πτόλιν ἄλγεα πάσχειν;
Οὐ γὰρ ἀκηδήσουσι πολὺν χρόνον ἐνθάδ' Ἀχαιοὶ,
Ἀλλ' ἐπιβήσουσιν, ἀλευομένους ἐσιδόντες·

Νῶϊν

13. *πύργοισιν ἐϋτμήτοισιν ἐπιβάντες*] *ἐϋδμήτοις* vel *ἐϋκμήτοις*. *Rhod.* Præterquam quod Troja bene admodum turrita fuit, (Iliad. H. *Τροίην εὐπύργους ἵκηται*) turres ipſæ e lapide fabrefecto viſebantur; hoc loquitur Calaber, nihil ut opus ſit, mutatio Rhodomanni, *ἐϋδμήτοις* vel *ἐϋκμήτοις*. *Dausq.* Ego cum Rhodomanno ſcribo *ἐϋδμήτοις*, & Dausquejum ſuis deliciis frui lubens libensque ſino. *Pauw.*

16. *ἀκηδήσωσι μένοντες*] Hoc non commendat præcedens *ἐπιπρατέουσι μένοντες*: Attende. *Pauw.*

17. *ἐπεὶ οὐ σθένος ἔσσεται αὐτῶν Ῥῆξαι*] Malim *αὐτοῖς*. *Pauw.*

19. *Οὐ γὰρ ἀβληχρὰ θεοῖς τετεύχαται ἄφθιτα ἔργα*] *θεοῖσι*. *Rhod.* Recte Rhodomannus *θεοῖσι*: Sed quid *ἀβληχρὰ* & *ἄφθιτα* ita junctim? Nonne ea ſe mutuo ſubvertunt? Id ſpero equidem, videbis & ſenties. Quid igitur? Amanuenſes hic loqui autumno, & ipſum Quintum ſcripſiſſe ſuſpicor, *Οὐ γὰρ ἀβληχρὰ θεοῖσι τετεύχασι ἄπλετα ἔργα*. *Pauw.*

20. *Οὐδέ τι που βρώμης ἐπιδεύμενοι*] *ἐπιδευόμεθ'* forte legendum. *Rhod.* Ita legendum plane. *Pauw.*

28. *Ὅς κέλεαι ποτὶ δῆμιν ἀνὰ πτόλιν ἄλγεα πάσχειν*] *ποτὶ δημὸν*.

Nunc igitur conſcenſis turribus munitis,
In propugnationis certamine noctes diesque perſeveremus:
Donec Danai ad fertilem Spartam remearint;
Aut hic ad mœnia, ſubſiſtentes tædium ceperit
Ingloriæ obſeſſionis. Quoniam facultas ipſis non erit
Perrumpendi altos muros, etiamſi diu multumque laborarint.
Non enim infirmiter a Diis fabricata ſunt æterna hæc opera,
At neque alimonia nos deficit, neque potus.
Nam in opulenti Priami ædibus magna vis
Annonæ tuto repoſita eſt; quæ etiam multis aliis (hic)
Congregatis prolixum ad tempus eſcam præbuerit
Ad ſatietatem; ſi vel alius nobis expetentibus adventet
Huc exercitus triplo major, ad ſuppetias ferendum promtus.
Sic ait: Hunc autem animoſus Anchiſæ filius jurgio inceſſit:
Polydama, quonam pacto te prudentem eſſe ajunt;
Qui diuturno per urbem mœrore nos torqueri jubes?
Non enim longinquitas temporis tædium afferet hic Achivis;
Sed eo gravius incumbent, cum pugnam detrectare nos viderint.

Nos

ρὶν. Rhod. Ineptam complectuntur iſta ſententiam: ego antegreſſæ a Polydamante orationis adſpectu ſcribo *πύργοισιν* vice *τῦ ποτὶ δῆριν*. Itaque ſupra eſt. *Dausq.* Dausquejum ſequetur nemo: Non male Rhodomannus *ποτὶ δῆρὶν*: quanquam obſtat ſequens, *Ἦ πως ἐνδάδε πουλὺν ἔτι χρόνον ἀμφιμάχωνται.* Sed ſic ipſe Calaber potuit minus exacte. Si *ποτὶ* cum caſu quarto ſignificaret *præter* & *ſupra*, optime ſe haberet *ποτὶ δῆριν*: *Qui hortaris nos moleſta paſi præter pugnam in urbe*: fame ſcilicet & peſte. Præceſſit in oratione Polydamantis, *Νῦν δ' ἄγε δὴ πύργοισιν ἐνδμήτοις ἐπιβάντες, Μίμνωμεν τύπτας τε, καὶ ἤματα δῃοιόωντες.* Eo reſpiceret *ποτὶ* & *ποτὶ δῆριν* iſta ſignificatione. An ita fortaſſe Quintus? *Pauw.*

29. *ἀκηδήσουσι πολὺν χρόνον*] *deſides erunt diu. Pauw.*

30. *Ἀλλ' ἐπιβρίσουσιν*] *Ἀλλ'*

Νῶϊν ἔσσεται ἄλγος, ἀποφθιμένων ἐνὶ πάτρῃ,
Ἦ πως ἐνθάδε πουλὺν ἔτι χρόνον ἀμφιμάχωνται·
Οὐ γάρ τις Θήβηθε μελίφρονα σῖτον ὀπάσσει
Ἡμῖν, ἐπὴν εἰρχθῶμεν ἀνὰ πτόλιν· οὐδέ τις οἴσει
Οἶνον Μαιονίηθεν· ἀνιηρῷ δ' ὑπὸ λιμῷ
Φθισόμεθ' ἀργαλέως, εἰ καὶ μάλα τεῖχος ἀμύνει·
Αλλ' εἰ μὲν θάνατόν τε κακὸν, καὶ κῆρας ἀλύξαι,
Ἡδ' ἄρ' ὀϊζυρῶς θανέειν πολυάχεϊ θυμῷ
Μέλλομεν, ἐν ἔντεσσι σὺν ἡμετέροις τελέεσσι,
Καὶ γεραροῖς πατέρεσσι μαχώμεθα· καί ῥά ποθι Ζεὺς
Χραισμήσει· κείνου γὰρ ἀφ' αἵματος εἰμὲν ἀγαυοῦ·
Εἰ δέ οἱ ἀῢς κἀκείνῳ ἀπεχθόμενοι θανέωμεν,
Εὐκλειῶς μέγ' ὀλέσθαι ἀμυνομένους περὶ πάτρης
Βέλτερον, ἢ μείναντας, ὀϊζυρῶς ἀπολέσθαι.
Ὡς φάτο· τὸν δ' ἄρα πάντες ἐπίαχον εἰσαΐοντες·

Αἶψα

τ' ἐκιβρίσουσιν. *Rhod.* In- *animi excruciabimur, dum ci-*
tegre: Αλλὰ ῥ' ἐκιβρίσουσιν. *ves in patria contabescent.* Vi-
Vel Αλλ' ἐκιβρίσουσ', ἄμμας dent omnes, qui oculos modo
ἀλινομένους ἐσιδόντες. Brodæus aperiunt. Dicam tribus verbis:
etiam recte: Αλλ' ἴτ' ἐκιβρίσου- Scribendum est, aut Νῶϊν, aut
σιν. *Dausq.* ἴτ' non convenit: Ἡμῖν δ' ἔσσεται ἄλγος, ἀποφθι-
Rectius Dausquejus, Αλλὰ ῥ' μένοις ἐνὶ πάτρῃ. Nam Enallage
ἐκιβρίσουσιν: quanquam sic Αλλὰ hic in ἀποφθιμένων non potest
ἐκιβρίσουσιν etiam non pecca- habere locum. νῶϊν pro ἡμῖν
ret. Fors rectissime scripseris, infrequens non est: Locum
si quid interierit, Αλλὰ τάχ' similem videant Tyrones Lib.
ἐκιβρίσουσιν: Nam sic πολὺν 7. V. 427. *Pauw.*
χρόνον & τάχα pulchre faciem 34. Ἡμῖν, ἐπὴν εἰρχθῶμεν
sibi obvertunt. *Pauw.* ἀνὰ πτόλιν] ἄμμιν, vel ἥμιν.

Ibid. ἀλινομένους ἐσιδόντες] *Rhod.*
Illud ἀλινομένους contrarium est 38. Η ἐ' ἄρ' ὀϊζυρῶς θανέειν
τῷ μαχῶντας, quod V. 12. sub- πολυάχεϊ θυμῷ] Η ἄρ, & πο-
stituimus, & suspicionem no- λυαχθεῖ vel πολυαλγεῖ λιμῷ.
stram commode adjuvat. *Pauw.* *Rhod.* πολυαχεῖ θυμῷ, animo

31. Νῶϊν ἔσσεται ἄλγος, ἀπο- bene vocali, aut multisono? quid
φθιμένων ἐνὶ πάτρῃ] Νῶϊν δ' ἔσ- monstri alit ea vox. Re-
σεται ἄλγος. *Rhod.* Interpres scribo πολυαχεῖ, multis ærum-
perquam inepte, *Nos etiam duo* nis gravato. Vel πολυαλγεῖ

λι-

Nos etiam duo animi excruciabimur, dum (cives) in
patria contabescent:
Si forte multo deinceps tempore hic nos oppugnabunt.
Nemo enim a Thebis dulce frumentum suppeditabit
Nobis, postquam inclusi fuerimus urbi; nemo advectabit
Ex Mœonia vinum; sed ægrâ fame
Misere deficiemus, etiamsi mœnia satis hostem arceant.
Idcirco sive, ut funestam necem, & fatale excidium
effugiamus,
Sive ut infeliciter molestissima fame pereamus,
Futurum est; armati (potius) adjunctis liberis nostris,
Et honorandis parentibus præliemur. Erit alicubi, ubi
Jupiter
Opem ferat. Ab hujus enim illustri sanguine propagati
sumus.
Quod si nobis huic etiam invisis moriendum est;
Patriam armis tutantes cum gloria occumbere
Præstabilius est, quam desidentes (domi) miserabiliter
interire.
Talia dicentem cuncti, qui audiebant, cum applausu
excipiunt.

Quare

λιμῷ, inquit Rhodomannus. Quod nonnemo id vocis retentum velit, quia ἄχος dolor ingens, quantitatis syllabariæ modulo refelluntur. *Dausq.* Η δ' ἄρ' manere potest, si Versu præcedenti scribas, Αλλ' ἤ μὲν θάνατόν τε κακὸν. *Sive quidem, sive vero: ἤ μὲν, ἤ δὲ*: Nihil accommodatius. In voce πολυαχῖι sine dubio vitium hæret: Scribendum vel πολυαχθέι vel πολυαλγέι: Nam utrumque æque bonum. Illud ϑυμῷ purum putum est, & pessime mutavit Vir Doctus in λιμῷ: Nam hæc verba Aeneæ bellum & pugnam urgent extra mœnia, eique incumbendum esse hortantur, sive spes victoriæ, sive metus adsit cladis; ipsumque pugnando interire præfert mœnium tuendorum desidiæ: Tota orationis cohærentia probat, quod dico, & verba postrema, ἤ μείναντας ἐϊζυρῶς ἀπολέσθαι, luce meridiana clarent magis. Turpiter hic lapsus est Rhodomannus. *Pauw.*

39. Μίλλομεν, ἐν ἔντεσσι] Μίλλομεν, εἰν ἔντεσσι. *Rhod.*

42. Εἰ δὲ οἱ ἄρ κἀκείνῳ ἀπηχθόμενοι θάνέωμεν] Εἰ δέ πω ἄρ κἀκείνῳ. *Rhod.* Legi etiam non inepte posset, Εἰ δέ τοι ἄρ κἀκείνῳ. *Pauw.*

45. Ως φάτο· τὸν δ' ἄρα πάντες

Αἶψα δὲ δὴ κορύθεσσι, καὶ ἀσπίσι, καὶ δοράτεσσι
Φράχθεν ἐπ' ἀλλήλους· ἐπὶ δ' ἀκαμάτου Διὸς ὄσσε
Δέρκετ' ἀπ' Οὐλύμποιο κορυσσομένους ἐς Αρηα
Τρῶας ἐπ' Αργείοισιν· ἔγειρε δὲ θυμὸν ἑκάστου,
Οφρα μάχην ἀλίαστον ἐπ' ἀμφοτέροισι τανύσσῃ
Λαοῖς· ἦ γὰρ ἔμελλεν Αλέξανδρος θανέεσθαι
Χερσὶ Φιλοκτήταο, πονεύμενος ἀμφ' ἀλόχοιο·
Τούς δ' ἄγεν εἰς ἕνα χῶρον Ερις μεδέουσα κυδοιμοῦ,
Οὔτινι φαινομένη· περὶ γὰρ νέφος ἄμφεχεν ὤμοις
Αἱματόεν· φοίτα δὲ μέγαν κλονέουσα κυδοιμόν,
Αλλοτε μὲν Τρώων ἐς ὁμήγυριν, ἄλλοτ' Αχαιῶν·
Τὴν δὲ Φόβος, καὶ Δεῖμος, ἀταρβέες ἀμφεπέποντο,
Πατροκασιγνήτην κρατερόφρονα κυδαίνοντες·
Η δὲ μέγ' ἐξ ὀλίγοιο κορύσσετο μαιμώωσα·
Τεύχεα δ' ἐξ ἀδάμαντος ἔχεν πεπαλαγμένα λύθρῳ,
Πάλλε δὲ λοίγιον ἔγχος ἐς ἠέρα, τῆς δ' ὑπὸ ποσσὶ
Κίνυτο γαῖα μέλαινα, πυρὸς δ' ἄμπνυεν ἀϋτμὴν
Σμερδαλέον, μέγα δ' αἰὲν ἀΰτεεν ὀτρύνουσα
Αἰζηούς· οἱ δ' αἶψα συνήϊον ὀτρύνοντες
Υσμίνην· δείζην γὰρ ἄγε θεὸς ἐς μέγα ἔργον·

Τῶν

τις ἐπίαχεν] τοὶ δ' ἄρα πάντες. *Rhod.*

47. ἐπὶ δ' ἀκαμάτῳ Διὸς ὄσσε Δέρκετ' ἀπ' Οὐλύμποιο] Brodæus Δερκέτην. Quid? non olim pluralia maſcula verbis ſingularibus maritata ſunt? A me Pindarus in Olymp. Od. II.

—— μελιγάρυες ὕμνοι
Υσίραν ἀρχαὶ λόγων τίλλεται.

In vicem τίλλεται. Suggero aliis etiam ὄσσε neutrum viſum, cum dativus ὄσσει non ſit ex inuſitatis. *Dausq.* Ego non dubito, quin ὄσσε hic ſit neutrum, ut loquuntur. *Pauw.*

53. Ερις μεδέουσα κυδοιμοῦ] μεδέουσα κυδοιμῷ. *Rhod.*

55. φοίτα δὲ μέγαν κλονέουσα κυδοιμόν] κλονέουσα κυδοιμῷ poſt μεδέουσα κυδοιμῷ. *Pauw.*

59. Η δὲ μέγ' ἐξ ὀλίγοιο κορύσσετο μαιμώωσα] Hoc inepte huc tranſlatum ex Homeri loco notiſſimo Iliad. Δ. Vide modo. Interpres tempora mutavit, ut vitium latitaret. *Pauw.*

64. οἱ δ' αἶψα συνήϊον ὀτρύνοντες Υσμίνην] ὀτρύνοντες ὑσμίνην minus aptum eſt poſt ὀτρύ-

νοντες

Quare confeſtim galeis, & ſcutis haſtisque
Se mutuo confirmant. Tum invicti Jovis vultus
Deſpicit e cælo accingentes ſe ad bellum
Troas contra Achivos; & cujusque animum excitat,
Ut pertinax duellum utrique intendat
Exercitui. Prope enim erat, ut Alexander mortem oppeteret
Philoctetæ manibus, pro conjuge laborem ſuſcipiens.
Illos itaque in unum perduxit locum Contentio pugnæ dominatrix
Nulli apparens. Humeris enim circumdatam habet nubem
Cruentam, & incedit magnum ciens tumultum,
Nunc in Trojanorum agmen, nunc Achivorum;
Quam Metus & Terror intrepidi ſtipant,
Magnanimam patris germanam venerantes;
Quæ ex parvo in immenſum ſe concitata attollit:
Armaque habet ex adamante, tabo fœdata:
Et perniciosam in aëra vibrat haſtam: ejusque ſub pedibus
Atra tellus commovetur. Ignis etiam vaporem exſpirat
Horrendum, magnumque edit clamorem, exhortans
Juvenes. Qui ſtatim gradum contulerunt, urgentes
Conflictum. Nam litem in arduum Deus negotium eduxit.

Atque

ιστα αἰζηὼς: Sed hoc ſtudio acumen Scholaſticum captavit: Illa ἐτρύιστα αἰζηὼς, hi ἐτρύιοντες ὑσμίνην: Sentis? *Rauw.*

Ibid. δείζειν γὰρ ἄγε θεὸς ἐς μίγα ἔργον] ὑσμίνην· δῆριν γὰρ, ut legit Brodæus. *Rhod.* Locus aperte corruptus, & ſenſu carens. δῆριν γὰρ ἄγε θεὸς ἐς μίγα ἔργον, quod Brodæo & Rhodomanno placuit, mihi non placet: Nam δῆριν poſt ὑσμίνην miſere flacceſcit, & in ipſo δῆριν ἄγε θεὸς ἐς μίγα ἔργον nihil eſt, quod laudem meretur. Aliud latet: An ſcribendum, οἵ ῥ' αἶψα συνήϊον ἐτρύιοντες ὑσμίνην· εἶσιν γὰρ ἄγε θεὸς ἐς μίγα ἔργον? εἶσιν ὑσμίνην: Pugna hæc æqualis, ut apparet ex ſequentibus, & iſtis poſtremis, Αἶψα ῥ' ἀντιάχιζε Πάρις· πρὸς δ' ἄλλοι θυμὸν τείρετο· τὸν δ' ἀλύοντα μίγ', ἀμφιχύσιν· ἑκτῆρες, Τρῶες

Τῶν δ' ὡς ἀνέμων ἰαχὴ πέλε λάβρον ἀέντων,
Εἴαρος ἀρχομένου, ὅτε δένδρεα μακρὰ, καὶ ὕλη
Φύλλα φύει, ἠδ' ὥς τ' ἀνὰ ζαλέης ξυλόχοιο
Πῦρ τρομέει αἰθόμενον, ἠδ' ὡς μέγα πόντος ἀπείρων
Μαίνεται ἐξ ἀνέμοιο δυσηχέος, ἀμφὶ δὲ ῥοῖβδος
Γίγνετ' ἀπειρέσιος, τρόμεει δ' ὑπὸ γούνατα ναυτῶν,
Ὡς τῶν ἐσσυμένων, μέγ' ὑπέβραχε γαῖα πελώρη·
Ἐν δέ σφιν πέσε δῆρις· ἐπ' ἄλλον δ' ἄλλος ὄρουσε·
Πρῶτος δ' Αἰνείας Δαναῶν ἕλεν Ἀρπαλίωνα
Υἱὸν Ἀριζήλοιο· τὸν Ἀμφινόμη τέκε μητὴρ
Γῇ ἐν Βοιωτῶν· ὃ δ' ἄρα Πρόθοήνορι δίῳ
Ἕς Τροίην ἵκανεν ἀμυνέμεν Ἀργείοισι·
Τόν ῥα τότ' Αἰνείας ἀπαλὴν ὑπὸ νηδύα τύψας,
Νοσφίσατ' ἐκ θυμοῖο, καὶ ἡδέος ἐκ βιότοιο·

Τῷ

Τρῶες δ' εἰς ἓν ἄγυιον· Δαναοὶ δ' ἐπὶ νῆας Κυανέας ἀφίκοντο θεῶς. Cum quibus jungi debent, quæ paulo ante præcedunt, ne turbas forte excitet ſequens, τῷ γάρ ῥα κυδοιμῷ Νὺξ ἀπέπαυσε μίλαινα: Æqualis utrinque ſtrages, & ſic æqualis utrinque pugna. Pugnam igitur æqualem exaſperabat, & atrociſſimam eſſe volebat Deus: Hæc ſuſpicio non diſplicet. Alias ſcribendum, Οἳ δ' αἶψα συνῆϊον ἐτρύνοντες Ἄρηϊ· δεινὸς γὰρ ἄγε θεὸς εἰς μίγα ἔργον. δεινὸς, quia præcedit de Jove, ἔγειρε δὲ θυμὸν ἑκάστῳ, Ὄφρα μάχην ἀλίαστον ἐπ' ἀμφοτέροισι τανύσσῃ Λαοῖς: Et de Eride, φοίτα δὲ μίγαν κλονέουσα κυδοιμὸν, Ἄλλοτε μὲν Τρῶων εἰς ὁμήγυριν, ἄλλοτ' Ἀχαιῶν. Et hæc ſuſpicio etiam non inepta eſt, ſed a lectione depravata paulo longius recedit: Vide & judica. *Pauw.*

66. Τῶν δ' ὡς ἀνέμων] τῶν δὲ δὴ ὡς. *Rhod.* Lego: Τῶν δ' ὁσσὶ. *Dausq.* Malo Rhodomanni Τῶν δὲ δὴ ὡς: Neque male ſcribas, Τῶν δ' ἄρα ὡς. *Pauw.*

Ibid. ἰαχὴ πέλε λάβρον ἀέντων, Εἴαρος ἀρχομένου, ὅτε δένδρεα μακρὰ, καὶ ὕλη Φύλλα φύει] Contra Plinius Lib. 2. cap. 47. *Ver aperit navigantibus maria, cujus principio Favonii hybernum molliunt cælum.* Nec audacia ſit reſcribendi ἁβρὸν ἀέντων, cum id inſtitutæ comparationi non æque conveniat: etſi in ea fragor quæratur maxime, non ventorum conflictus, aut procella. *Dausq.* Hæc ſine dubio inepta ſunt: Nam λάβρον ἀέντων de ventis, qui flant tempore verno, quando arbores folia emittunt, dici non

Atque horum fremitus erat, ut ventorum procaciter
spirantium,
Vere ineunte, cum proceræ arbores & sylva
Frondes producunt; aut veluti in arido fruteto
Ignis crepitat ardens; Aut ut mare infinitum magnopere
Sævit a vento sonoro (exagitatum), & circumquaque
stridor
Oritur immanis, adeo ut nautarum genua contremiscant;
Ita illis irruentibus magnum fragorem reddit vasta tellus.
Incubuit itaque illis certamen; & in alium alius impetum fecit.
Primusque Æneas ex Danais stravit Harpalionem,
Filium Arizeli; quem mater Amphinome edidit
In Bæotorum terra. Is cum Prothoënore insigni
Ad Trojam venerat, operam militarem Achivis navatum;
Hunc ibi Æneas, molli in ventre percussum
Anima & dulci vita spoliavit:

Et

non potest, nec ab illis hic sumi comparationis materies. An sic tamen ipse Quintus? Dubito, & vix credo, quia ita errasset nimis crasse. Nonne scribendum, Τῶν δὲ δὴ ὡς ἐνίμων ἰαχὴ πέλε λάβρον ἀέντων, Χείματος ἀρχομένου, ὅτε δένδρεα μακρὰ, καὶ ὕλη Φύλλα χέει? Sic nihil naturalius, aut accommodatius: φύλλα χέει, folia fundunt, spargunt, abjiciunt, dejiciunt. Cum prima litera vocis Χείματος omissa fuit in principio Versus, εἴματος facile transiit in εἴαρος, eoque admisso χέει non potuit non mutari in φύει: Error est proclivis, & sese aperiens statim. Erunt, qui pro χέει scribent χύει: Sed id utitatum minus, ideoque hic minus etiam conveniens: Ne simus, quæso, nimis nasuti. *Pauw.*

68. ἠδ' ὡς τ' ἀιάζαλέες ξυλόχοιο Πῦρ τρομέει αἰθόμενον] Et hic insigne mendum est: quod sic utcunque correxi: Φύλλα φύει, ἠδ' ὡστ' ἀιζαλέης ξυλόχοιο Πῦρ βρίμει αἰθόμενον. *Rhod.* Legi etiam potest, ἠδ' ὥστε καθ' ἀζαλέης ξυλόχοιο Πῦρ βρίμει. In Notis conjecerat Rhodomannus, Φύλλα φύει, ὡς τ' αἰνὰ δι' ἀζαλέης ξυλόχοιο Πῦρ βρίμει αἰθόμενον: quod in Addendis non injuria mutavit: Nam & αἰνὰ βρίμει nimium dicit, & ὡς τε non satis apte nectit. Dausquejo pro τρομέει placebat τρέμει, id est, ut ipse exponit, *subsultat*: quod Dausquejanum iterum est vere. *Pauw.*

76. Γῇ ἐν Βοιωτοῖσ' ὃ δ' ἄρα Πρόθοήνορι δίῳ] Γῇ ἐνὶ Βοιωτῶν, ὃ δ' ἄμα Προθοήνορι. *Rhod.*

79. Νεφέσατ' ἐκ θυμοῖο] Locutionem nota. *Pauw.*

81. ἀγλα-

Τῷ δ' ἐπὶ Θερσάνδροιο δαΐφρονος υἷα δάμασσεν
Υἵαλον, ἀγλώχινι βαλὼν κατὰ λαιμὸν ἄκοντι,
Ον τέκε δὶ' Αρέθουσα παρ' ὕδασι Ληθαίοιο
Κρήτῃ ἐν ἀμφίαλῳ· μέγα δ' ἤκαχεν Ιδομενῆα·
Αὐτὰρ Πηλείδαο πάϊς δυοκαίδεκα φῶτας
Τρώων αὐτίχ' ὅλεσσεν ὑπ' ἔγχεϊ πατρὸς ἑοῖο·
Κέβρον μὲν πρώτιστα, καὶ Αξίωνα, Πασίθεόν τε,
Υσμινόν τε, καὶ Υμβράσιον, Χέδιόν τε, Φλέγην τε,
Μνήσαιόν τ' ἐπὶ τοῖσι, καὶ Εὔνομον, Αμφίνομόν τε,
Καὶ Φάσιν, ἠδὲ Γαηνὸν, ὃς οἰκία ναιετάασκεν
Γαργάρῳ αἰπεινῇ· μετὰ δ' ἔπρεπε μαρναμένοισι
Τρῳσὶν ἐρισθενέεσσι· κίεν δ' ἅμα πίονι λαῷ
Ες Τροίην· μεγάλα γάρ οἱ ὑπέσχετο πολλὰ καὶ ἐσθλὰ
Δαρδανίδης Πρίαμος δώσειν περικαλλέα δῶρα·
Νήπιος· οὐ γὰρ ἐφράσσαθ' ἑὸν μόρον· ἦ γὰρ ἔμελλεν
Εσσυμένως ὀλέεσθαι ὑπ' ἀργαλέου πολέμοιο,

Πρὶν

81. ἀγλώχινι βαλὼν κατὰ λαιμὸν ἄκοντι] εὐγλώχινι. *Rhod.* Dubito: Nam α hic commode intendere poteſt vi ipſius ſententiæ, ut ἀγλώχινι ſit idem, quod εὐγλώχινι: Talia infinita, ut Docti ſciunt. *Pauw.*

86. Κίβρον μὲν πρώτιστα, καὶ Αξίωνα, Πασίθεόν τε] Κίβρον μὲν πρώτον, καὶ Αξίονα. *Rhod.* Non malè Rhodomannus: Potes etiam, Κίβρον μὲν πρώτιστα, κ' Αξίονα. *Pauw.*

87. Υσμινόν τε, καὶ Υμβράσιον, Χέδιόν τε, Φλέγην τε] Hi omnes Trojanorum auxiliares: Quare ſcribo: Ιμβράσιον ἰῶτα non aſperato. Is eſt, quem Maro Æneid. 2. Imbraſum τριγλλάβως nominat:

—— —— *quos Imbraſus ipſe*
Nutrierat Lycia, paribusque
ornaverat armis.

Eundem vide quoque Lib. 12. *Dausq.* Non improbabilis eſt Dausqueji ſuſpicio: Et ita etiam in Verſione ſua Rhodomannus. Pro Χέδιόν τε Operæ Baſileenſes Χίδιόν τε: quas Rhodomannus ſecutus eſt. *Pauw.*

89. Καὶ Φάσιν, ἠδὲ Γαηνὸν] Forte Γαληνὸν. *Rhod.* Illud Γαληνὸν in ipſo Contextu & Verſione ſua expreſſit Rhodomannus: Non ſatis caute. Nam in mutandis nominibus propriis debemus eſſe valde circumſpecti, quia Linguæ antiquiſſimæ in illis ſunt veſtigia. Ea de re alias diligentius. Intra conjecturæ terminos igitur ſe debuiſſet continere. *Pauw.*

91. κίεν

Et poſt eum pugnacis Therſandri filium oppreſſit
Hyialum, acuto haſtili per guttur transfixum:
Quem generoſa Arethuſa ad undas Lethæi peperit,
In Creta mari cincta. Ideo magnum animi cruciatum
Idomenco conciliavit.
Cæterum Pelida ſatus duodecim viros
Ex Trojanis continuó patris ſui haſta orco miſit,
Cebrum principio, deinde Arionem, Paſitheumque,
Hyſminumque; & Imbraſium, Chidiumque, Phlegamque,
Mneſæumque, poſt illos; & Eunomum, Amphinomumque,
Atque Phaſim, nec non Galenum, qui ædes ſuas habebat
In excelſo Gargaro; & eminebat, pugna conſerta, inter
Validos Trojanos: Venerat autem cum pingui agmine
Trojam, ſiquidem plurima illi promiſerat magnique precii
Et decoris munera ſe daturum Priamus Dardanides;
Imprudens. Fatum enim ſuum animo non perpendit.
Nam futurum erat,
Ut repente in prælio adverſo occumberet;

An-

91. *κίεν δ' ἅμα πίονι λαῷ Ες Τροίην*] *ἅμ' ἀπείρονι λαῷ*, cum numeroſo agmine. *Rhod.* Cum opulentis Gargaribus, qui uliginoſam Gargari glebam colebant, & feraciſſimam: Macrobius Lib. 5. Saturnal. Cap. 20. Quod ſi ſcitabere, agatne Poeta de Myſiæ, an de Idæ Gargaro, neſcire me dicam: nam Idenſes Trojanorum imperio obnoxii videntur non defuiſſe, & Myſi pariter Trojanorum accenſentur auxiliis in Catalogo: *Μυσῶν δὲ Χρόμις ἦρχε. Dausq.* Vulgatam recte tuetur Dausquejus. Paulo ante, *Γαργάρῳ αἰπεινῇ* de civitate accipiendum, non de monte aut montis vertice: Stephanus Byzantius, *Γάργαρα, πόλις τῆς Τρωάδος, ἐπὶ τῇ ἄκρᾳ τῆς Ἰδης πάλαι Γάργαρος καλουμένη, ἣν Αἰολικὴν ἀποικίζει Στράβων, καὶ Ἑκαταῖος, Ἀλκμὰν δὲ Ἰθλυκῶς τὴν Γάργαρον φησιν.* Ex quibus etiam apparet, de quo Gargaro hic agatur. *Pauw.*

92. *μεγάλα γάρ οἱ ὑπίσχετο πολλὰ καὶ ἐσθλὰ*] *μάλα γάρ οἱ. Rhod.*

Πρὶν δόμου ἐκ Πριάμοιο περικλυτὰ δῶρα φέρεσθαι·
Καὶ τότε μοῖρ' ἀΐδηλος ἐπέχραεν Αργείοισιν,
Εὐρυμένην ἕταρον κρατερόφρονος Αἰνείαο. *
Ωρσε δέ οἱ μέγα θάρσος ὑπὸ φρένας, ὄφρα δαμάσσας
Πολλοὺς, αἴσιμον ἦμαρ ἀναπλήσῃ ὑπ' ὀλέθρῳ·
Δάμνατο δ' ἄλλοθεν ἄλλον ἀνηλέϊ θηρὶ ἐοικώς·
Οἱ δέ μιν αἶψ' ὑπόειξον, ὑφ' ὑστατίῃ βιότοιο
Αἰνὸν μαιμώωντα, καὶ οὐκ ἀλέγοντα μόθοιο·
Καὶ νύ κεν ἔργον ἔρεξεν ἀπείριτον ἐν δαΐ κείνῳ,
Εἰ μή οἱ χεῖρές τε κάμον, καὶ δούρατος αἰχμὴ
Πολλὸν ἀνεγνάμφθη· ξίφος δέ οἱ οὐκ ἔτι κώπῃ
Εσθένεν, ἀλλά μιν αἶσα διέκλασεν· ἀλλ' ὑπ' ἄκοντι
Τύψε κατὰ στομάχοιο Μέγης· ἀνὰ δ' ἔβλυσεν αἷμα
Ἐκ στόματος· τῷ δ' αἶψα σὺν ἄγϊι μοῖρα παρέστη·
Τοῦ δ' ἄρ' ἀποκταμένοιο, δύω θεράποντες Επειοῦ
Δηϊλέων τε, καὶ Αμφίων, ἀπὸ τεύχε' ἑλέσθαι
Ωρμαινον· ἠδ' αὖτε θρασὺ σθένος Αἰνείαο
Δάμνατο μαιμώοντας ὀϊζυρῶς περὶ νεκρῷ·
Ως δ' ὅτε οἰνοπέδῳ τις ἐπαΐσσοντας ὀπώρῃ

Σφῆ-

97. *μοῖρ' ἀΐδηλος ἐπέχραεν Αργείοισιν Εὐρυμένην*] Perſuaderi mihi non ſino, *ἐπέχραεν* active hic uſurpatum eſſe, cum nullum hactenus exemplum reppererim. Quare vitium aut defectum hic eſſe, quod aſteriſcus Aldinus arguit, nullus dubito. Si libere hic mihi agere liceret, ponerem *ἐπ' Αργείοισι πίλασσεν*, fecit imminere Græcis. Verum cum hoc a literatura longius recedat, muto *ἐπέχραεν* in *ἐπέτρεπεν*, & ſpero candidum lectorem hoc, ut alia, æqui bonique facturum. *Rhod.* Optimum eſt, *ἐπέτρεπεν*, quod Dausquejus etiam probavit. *Pauw.*

102. *Οἱ δέ μιν αἶψ' ὑπόειξον, ὑφ' ὑστατίῃ βιότοιο*] *Οἱ δέ οἱ αἶψ' ὑπόειξον, ἐφ' ὑστατίῃ.* *Rhod.* Recte Rhodomannus *δέ οἱ*: Nam *Οἱ δὲ μὲν αἶψ' ὑπόειξον, ἐφ' ὑστατίῃ βιότοιο Αἰνὸν μαιμώωντι, καὶ οὐκ ἀλέγοντι μόθοιο* hic minus conveniret. *Pauw.*

104. *ἔργον ἔρεξεν ἀπείριτον ἐν δαΐ κείνῳ*] *ἐν δαΐ κείνῃ.* *Rhod.* Scribe *κείνος.* *Dausq.* Neutrum malum. *Pauw.*

106. *ξίφος δέ οἱ οὐκ ἔτι κώπῃ Εσθενεν, ἀλλά μιν αἶσα διέκλασεν*] *ξίφεος δέ οἱ οὐκ ἔτι κώπῃ.* *Rhod.*

Antequam ex aula Priami præclara (illa) dona auferret.
Atque tunc funesta Parca in Argivos convertit
Eurymenem, fortis Æneæ familiarem.
Nam magnam ipsius in pectore fiduciam excitavit, ut dejectis
Compluribus, fatalem diem interitu suo compleret.
Proinde alibi alium sustulit, ferinæ beluæ similis,
Eique subito hostes locum dederunt, extremo vitæ momento
Ferociter grassanti, nec ullum pugnæ discrimen curanti.
Et sane facinus edidisset in isto conflictu memorabile,
Nisi manus ejus defatigatæ, & hastæ mucro
Nimium retusus fuisset, ensisque capulus non amplius
Vires habuisset: verum fors fatalis ipsum enervavit. Ideo jaculo hunc
In stomachum percussit Meges: tum sanguis ebulliit
Ex ore, eique derepente Fatum cum dolore adstitit.
Cui interemto Epei ministri duo,
Deileon & Amphion, arma adimere
Properabant; Sed audax Æneæ vis
Irruentes misere trucidavit, juxta cadaver.
Ut cum in vinea quis impetentes Autumni fructum,
Prope

Rhod. Scribo, ξίφος δέ οἱ οὐκ ἔτι κώπῃ Ἐσθίει, ἀλλά μιν αἶσα δέδμασεν, ἠδ' ὑπ' ἄκοντι. *Dausq.* Cum Rhodomanno haud dubie legendum est, ξίφεος δέ οἱ οὐκ ἔτι κώπῃ Ἐσθίεν, ἀλλά μιν αἶσα δέδμασεν. μιν non respicit Εὐρυμένην, sed ξίφεος κώπην. Dausquejus ineptissime, sive Versum, sive sententiam spectes. *Pauw.*

107. ἀλλ' ὑπ' ἄκοντι Τύψε κατὰ στομάχοιο Μέγης] δέδμασεν· τὸν δ' ὑπ' ἄκοντι. *Rhod.*

109. τῷ δ' αἶψα σὺν ἄγκι μοῖρα παρίστη] αἶψα σὺν ἄλγεϊ. *Rhod.* Rhodomannus ἄλγεϊ. quippe? Hesychius: Ἄγος, κλαῦσμα (Scribo κλάτμα) τραῦμα. Itaque in Calabro retenta, σὺν ἄγκι μοῖρα παρίστη, simul cum vulnere mors affuit: Unde ἀμέσως insequitur: τῷ δ' ἄρ' ἀποκταμένοιο. *Dausq.* Recte Rhodomannus σὺν ἄλγεϊ, quod ejus Editio in ipso Contextu præfert. Dausquejus pro more suo: In re aperta verbis parco. *Pauw.*

112. ἠδ' αὖτε θρασὺν σθένος Αἰνείαο] τοὺς δ' αὖτε. *Rhod.*

114. Ὡς δ' ὅτε οἰνοπίδῃ] Ὡς δ' ὅτ' ἐν οἰνοπίῃ. *Rhod.*

Σφῆκας τερσομένῃσι παρὰ σταφυλῇσι δαμάσσῃ,
Οἵ δ' ἄρ' ἀποπνείουσι, πάρος γεύσασθαι ὀπώρης,
Ὡς τοὺς αἶψ' ἐδάμασσε, πρὶν ἔντεα λῆσασθαι·
Τυδείδης δὲ Μένοντα, καὶ Ἀμφίνοον κατέπεφνεν,
Ἀμφω ἀμύμονε φῶτε· Πάρις δ' ἕλε Δημολέοντα
Ἱππασίδην, ὃς πρόσθε Λακωνίδα γαῖαν ἔναιε
Πὰρ προχοῇς ποταμοῖο βαθυῤῥόου Εὐρώταο,
Ἦλυθε δ' ἐς Τροίην ὑπ' ἀρηϊθόῳ Μενελάῳ·
Καί ῥ' ὁ Πάρις κατέπεφνε τυχὼν ὑπὸ μαζὸν ὀϊστῷ
Δεξιὸν· ἐκ δέ οἱ ἦτορ ἀπὸ μελέων ἐκέδασσε·
Τεῦκρος δὲ Ζέχιν εἷλε περικλυτὸν, υἱὰ Μέδοντος,
Ὃς ῥά τε ναιετάεσκεν ὑπὸ Φρυγίην πολύμηλον,
Ἄντρον ὑπὸ ζάθεον καλλιπλοκάμων Νυμφάων,
Ἠχί πατ' Ενδυμίωνα παρ' ὑπνώοντα βόεσσιν
Ὑψόθεν ἀθρήσασα κατήλυθε δῖα σελήνη
Οὐρανόθεν· δριμὺς γὰρ ἄγε πάθος ἠϊθέοιο
Ἀθανάτην πονέουσαν· ἧς ἔτι νῦν περ *
Εὐνῆς σῆμα τέτυκται ὑπὸ δρυσὶν· ἀμφὶ δ' ἄρ' αὐτῇ

Ex

115. τερσομένῃσι παρὰ σταφυλῇσι δαμάσσῃ] *prope uvas a ſole coctas & aduſtas.* Nota τερσομένῃσι eo ſignificatu. *Pauw.*

116. πάρος γεύσασθαι ὀπώρης] Ingratum eſt ὀπώρης poſt ὀπάων præcedens, quanquam ſignificatio eſt diverſa. *Pauw.*

123. Καί ῥ' ὁ Πάρις κατέπεφνε] Καί ῥ' ὁ Πάρις κατέπεφνε. *Rhod.*

128. Ενδυμίωνα παρ' ὑπνώοντα βόεσσιν] Hic potius ſcribendum eſt conjunctim, παρυπνώοντα βόεσσιν. *Pauw.*

130. δριμὺς γὰρ ἄγε πάθος ἠϊθέοιο Ἀθανάτην πονέουσαν· ἧς ἔτι νῦν περ *] Forte πονέουσαν ἐν ἄντροις· τῆς δ' ἔτι *Rhod.* Apollodorus Lib. 1. τὴν κάλλει διενεγκόντος ἠράσθη Σελήνη. Catullus de Coma Berenices quam venuſte:

Ut Triviam furtim ſub Latmia ſaxa relegans
Dulcis amor gyro devocet aërio.

Adi ad D. Auguſtini adyta Lib. 7. de Civit. Cap. 16. Pauſanias Eliacôn 1. Ηλεῖοι μὲν ἀποφαίνουσιν Ενδυμίωνος μνῆμα· Ηρακλεῶται δὲ ἐς Λάτμον τὸ ὄρος ἀποχωρῆσαί φασιν αὐτὸν· καὶ ἄδυτον Ενδυμίωνός ἐστιν ἐν τῷ Λάτμῳ. Seneca Hippolyt.

Arſit obſcuri Dea clara mundi
Nocte deſerta, nitidosque fratri

Tra-

Prope uvas matureſcentes veſpas occidit;
Quæ exſpirant antequam vindemiam guſtarint.
Sic illos celeriter obtruncavit, priusquam arma praedam ſibi feciſſent.
Tydides autem Menontem & Amphinoum necat,
Ambos viros egregios. Ac Paris trajecit Demoleontem
Hippaſiden: Qui olim habitarat in regione Laconica,
Ad oſtia profundi amnis Eurotæ:
Venerat autem ad Trojam, Menelai bellicoſi ductu.
Atque Paris eum letho dedit, telo per mamillam tranſacto
Dexteram; animamque e membris illius exegit.
Atqui Teucer Zechim confecit nobilem, Medontis filium,
Qui domicilium habebat in Phrygia ovium fœcunda,
Infra antrum Nymphis pulchriconis conſecratum:
Ubi olim Endymionem, prope boves dormientem,
Ab alto cum videret dia Luna; demiſit ſe
Cælitus; Acerbum enim juvenis deſiderium attrahebat
Divam viri amore occupatam. Hujus etiamnum
Tori monimentum exſiſtit ſub quercubus: Circa quem
Ef-

Tradidit currus aliter regendos.

Mela Lib. 1. Cap. 17. Nunc ad correctionem accingamur re præſtituta. Una harum eſto: **Αθανάτην ποτίστραι ἱρωτύλαι**, vel **ἰκτιφαλὶς**, vel **ἱρμαιὶς**, vel **ἐπ' ἅμματι**: Denique: **ἄγνι πόδος ἠϊθέοιο Αθανάτην ποτίστραι ἰκτιφαλίγγι**. Diſplicet illa Rhodomanni: **ἠϊθέοιο Αθανάτην ποτίστραι ἐπ' ἀέρι**: quia **ἠϊθέοιο ἀέρι** ſolœca oratio eſt. *Dausq.* Verſus mutilus: Dausqueji commenta non placent, & peſſimum revera eſt Rhodomanni **ποτίστραι ἐπ' ἀέρι.** Conjectari poſſum, **ὀρινὺς γὰρ ἄγι πόδος ἠϊθέοιο Αθανάτην ποτίστραι ἐν αἰθέρι**, vel **ἐφ' ἅρματι**, *dum laborabat in aëre*, vel *in curru*, & iter ſuum nocturnum perage-bat: **ποιεῖν** ſimpliciter eſt opus ſuum facere; agere quod partium ſuarum eſt. Et hoc improbabile non eſt, ſed ſtudioſius commendare nolo, quia, ut monuimus plus ſemel, in his ſimilibusque a Libris exſpectandum eſt auxilium. Illud **ἵς ἔτι νῦπτιρ** cur tetigerit Rhodomannus, non adſequor. *Pauw.*

132. **ἀμφὶ δ' ἄρ' αὐτῇ Ελκέχυτ'** &c.] Leviter depravatum eſt **ἀμφὶ δ' ἄρ' αὐτῇ**: Scripſit enim Quintus, **ἀμφὶ γὰρ αὐτῇ Ελκέχυτ'** &c. Nexus verborum & narrationis ordo probant. Circa cubile olim lac boum effuſum eſt: Cum ſcilicet ad Endymionem inter boves dormitantem acceſſit Luna, lac boum,

Ἐκχέχυτ' ἐν ξυλόχοισι βοῶν γλάγος· οἱ δέ νυ φῶτες
Θηεῦντ' εἰσέτι κεῖνο· τὸ γὰρ μάλα τηλόθι φαίης
Ἐμμεναι εἰσορόων πολιὸν γάλα· κεῖθ' ἵησι
Λευκὸν ὕδωρ, καὶ βαιὸν ἀπόπροθεν ὀπποθ' ἵκηται,
Πήγνυται ἀμφὶ ῥέεθρα· πέλει δ' ἄρα λάϊνον οὖδας·
Ἀλκαίῳ δ' ἐπόρουσε Μέγης Φυλήϊος υἱὸς·
Καί μιν ἀεὶ σπαίρουσαν ὑπὸ κραδίην ἐπέρησεν
Ἐγχείῃ· τοῦ δ' ὦκα λύθη πολυήρατος αἰών·
Οὐδέ μιν ἐκ πολέμοιο πολυκλαύτοιο μολόντα,
Καίπερ ἐελδόμενοι μογερὴ δέξαντο τοκῆες,
Φύλακίς εὔζωνος καὶ Μάργασος, οἵ ῥ' ἐνέμοντο
Ἀρπάσου ἀμφὶ ῥέεθρα διειδέος, οὔ ἀλεγεινῷ
Μαιάνδρῳ κελάδοντα ῥόον, καὶ ἀπείρῑτον οἶδμα
Συμφέρετ', ἤματα πάντα λάβρῳ περὶ χεύματι θύων·

Γλαύ-

neſcio quo modo & qua vi, ex uberibus circa amantium cubile effluxit large: Hoc ſine dubio inter *μυθολογούμενα* fuit. *Pauw.*

135. *κεῖθ' ἵησι Λευκὸν ὕδωρ, καὶ βαιὸν ἀπόπροθεν ὀπποθ' ἵκηται, Πήγνυται ἀμφὶ ῥέεθρα*] *κεῖθε δ' ἵησι* vel *κεῖνο δ' ἵησι*, & *ἵκηαι. Rhod.* Scribe, *κάδδε ἵησι* pro *κατὰ δὲ.* Tryphiodorus: *κάδδε οἱ ὦμος*, per humeros. Brodæus: *κ' εἰ προῖσι.* Rhodomannus: *κεῖθι δ' ἵησι. Dausq.* In his non eſt ſenſus. Interpretes imperite & male: Nam primo, lac boum non ibat per ſylvam, ſed circa cubile effuſum erat in ſylva: Dein, id revera lac, non aqua: Nihil certius & evidentius. Meliora dabo: Sine dubio verba dicere debent, quid viſum fuerit propius accedenti id, quod longius remoto videbatur lac canum: Quare aliquid latet, quod ejusdem plane indolis eſt, cujus & præcedens & ſequens. Scribendum ſuſpicor, *τὸ γὰρ μάλα τηλόθι φαίης Ἐμμεναι εἰσορόων πολιὸν γάλα· εἰ δὲ ἵης πρό, Λευκὸν ὕδωρ· καὶ βαιὸν ἀπόπροθεν ὀπποθ' ἵκηαι, Πήγνυται ἀμφὶ ῥέεθρα, πέλει δ' ἄρα λάϊνον οὖδας.* Sic nihil accommodatius: Quod lac canum videbatur longius remoto, propius accedenti videtur aqua candida, quæ fluit & ſe movet: At ſimulac proxime ad eam acceſſeris, non eſt aqua candida, vi ſua fluens, ſed ſolum marmoreum, & ipſa illa aqua fluens, in fluxu ſuo concrescit ſtatim: Vides? Nunc ſingula apta ſunt. *πήγνυται ἀμφὶ ῥέεθρα* elegantia eſt Poetica: Siſtitur & concreſcit circa fluenta ſua, id eſt, pro aqua fluente

Effuſum eſt in nèmore lac boum; Et mortales
Illud adhuc demirabundi ſpectant. Nam a longinquo id dixeris
Aſpiciens canum lac eſſe. Exinde autem profluit (ut videtur)
Candida aqua. Quando vero ad modicum inde ſpacium acceſſeris,
Ex omni parte fluxus concreſcunt, tandemque nihil aliud quam ſolum eſt marmoreum.
Porro in Alcæum irruit Meges, Phylcia proles,
Et cor ipſi quod perpetuo motu agitatur, tranſadigit
Haſta; ſtatim igitur amabile ejus ævum diſſolutum fuit:
Nec a lacrymoſo reverſum bello,
Quamvis exoptarent ærumnoſi parentes, exceperunt,
Phyllis bene ſuccincta & Margaſus: Qui vitam degebant
Ad pellucidi Harpaſi undas, ubi cum ſonoro
Mæandro fluxum reſonantem, immodicumque æſtum,
Committit, per omnes dies tumido aquarum agmine furens.

te fit lapis, & motus ille, qui antea apparebat, quieſcit & ceſſat plane in ipſo fluxu. *Pauw.*

142. *μογερὴ δίξαντο τοκῆες*] *μογεροὶ δίξαντο τοκῆες. Rhod.*

143. *Φύλαϊς ἰῦζων; καὶ Μάργατος*] *Φύλλις ἰῦζωνες. Rhod.* Rhodomannus *Φύλλις ἰῦζωνες.* Nihil muto: etſi non neſcium illud mihi: — *& Phyllida ſolus habeto.* Nota Lais: Phylais non æque, ideone tenebris mergenda? *Dausq.*

144. *οὔ ἀλιγεινῷ Μαιάνδρῳ κιλάδοντα ῥόοι, καὶ ἀπείριτον εἶδμα Συμφίρει*] Forte *κιλαδεινῷ. Rhod.* Rhodomannus: Forte *κιλαδεινῷ. κιλαδεινῷ Μαιάνδρῳ κιλάδοντα* vulnerat aures meas: adſtruitque veterem ſcriptionem Liber 14.

Χείμαῤῥοί τ' ἀλιγεινὸν ἀείξομενοι Διὸς ὄμβῳ. Dausq.

An *ἀλιγεινῷ* de Mæandro bonum eſt propter flexus & anfractus plurimos, qui moleſtiam creant ipſi fluvio, & faciunt ut cum labore currat? Dubito, & longius petitum eſt hoc ipſum. Rhodomannus *κιλαδεινῷ*: Minus bene: Nam *κιλαδεινῷ Μαιάνδρῳ ῥόοι κιλάδοντα συμφίρεται* nimis argutum & Scholaſticum eſt. An forte ſcribendum *ἰρατεινῷ*? Plinius Lib. 5. Cap. 29. de Mæandri itinere, *poſtremo Cariam placidus; omnesque eos agros fertiliſſimo rigans limo, ad decimum a Mileto ſtadium lenis illabitur mari. Pauw.*

Γλαύκου δ' ἐσθλον ἑταῖρον ἐϋμελίην Σικυλαχῆα
Υἱὸς Οἰλῆος σχεδὸν οὔτασεν ἀντιόωντα,
Βαιὸν ὑπὲρ σάκεος· διὰ δὲ πλατὺν ἦλασεν ὦμον
Αἰχμὴ ἀνιηρὴ· περὶ δ' ἔβλυσεν αἷμα βοείῃ·
Αλλά μιν οὔτι δάμασσεν, ἐπεί ῥά οἱ μόρσιμον ἦμαρ
Δέχνυτο νοστήσαντα Φίλης παρὰ τείχεσι πάτρης·
Εὖτε γὰρ Ιλιον αἰπὺ θοοὶ διέπερσαν Αχαιοὶ,
Δὴ τότ' ἄρ' ἐκ πολέμοιο φυγὼν, Λυκίην ἀφίκανεν
Οἷος ἄνευ ἑτάρων, τὸν ἄστεος ἄγχι γυναῖκες
Αγρόμεναι τεκέων σφετέρων ὕπερ, ἠδὲ καὶ ἀνδρῶν
Εἴρυθ'· ὃς δ' ἄρα τῇσι μόρον κατέλεξεν ἁπάντων·
Αἳ δ' ἄρα χερμαδίοισι περισταδὸν ἀνέρα κεῖνον
Δάμνανθ', οὐδ' ἀπόνητο μολὼν ἐς πατρίδα νόστου,
Αλλά ἑλᾶες ὕπερθε μέγα στενάχοντα κάλυψαν·
Καί ῥά οἱ ἐκ βελέων ὁλοὸς περὶ τύμβος ἐτύχθη
Πὰρ τέμενος, καὶ σῆμα κραταιοῦ Βελλεροφόντου,
Τῷ ἕνι, κυδαλίμης Τιτηνίδος ἀγχόθι πέτρης·
Αλλ' ὁ μὲν αἴσιμον ἦμαρ ἀναπλήσας ὑπ' ὀλέθρου,
Υστερον ἐννεσίῃσιν ἀγαυοῦ Λητοΐδαο
Τίεται ὥστε θεὸς, φθινύθει δέ οἱ οὔποτε τιμή·
Ποίαντος δ' ἐπὶ τοῖσι πάϊς κτεῖνε Δηϊονῆα,
Ηδ' Αντήνορος υἱὸν ἐϋμελίην Ακάμαντα·
Αλλων δ' αἰζηῶν ὑπεδάμνατο πουλὺν ὅμιλον·
Θῦνε γὰρ ἐν δηΐοισιν ἀτειρέϊ ἶσος Αρηϊ,
Η ποταμῷ κελάδοντι, ὃς ἔρχεα μακρὰ δαίζει
Πλημμύρων, ὅτε λάβρον ὀρινόμενος πέτρῃς, *

Εξ

147. ἐϋμελίην Σκυλακῆα] ἐϋμμελίην. *Pauw.*

151. ἐπεί ῥά οἱ μόρσιμον ἦμαρ Δέχνυτο νοσήσαντα] ἐπεί ῥά ἑ *Rhod.* Brodæus & Rhodomannus ἐπεί ῥά ἑ. Ego sic elucido veterem lectionem: Quoniam ei fatalis dies excepit reducem. Nec altera tamen correctio ulli jure propudiosa videri debet: mihi non necessaria. *Dausq.* Ineptit Dausquejus, & ἐπεί ῥά ἑ scribendum sine dubio. *Pauw.*

155. τὸν ἄστεος ἄγχι γυναῖκες]

τὸν

Glauci deinde fidelem ſocium haſta probatum Scylaceum
Oïlei filius, cominus congreſſum, fauciat,
Paulum ſupra ſcutum, & latum transfigit humerum
Omnem ſuperne aëra, & rapidum intorſit fulmen,
Ante heroës: unde infremuit omnis
Dardania. Quare audax illorum propoſitum ſubitò convertitur
In pavorem, & obliviſcuntur impetus ac ſtrenui roboris,
Atque celebri vati etiam nolentes parent.
Contulerunt igitur ſe in naves una cum aliis Argivis,
Vatem ſuſpicientes, quem ex Jove eſſe dicebant,
A Jove (equidem) aut certe a Phœbo, eique in omnibus morem geſſerunt.
Cum vero fulgido in cælo ſydera circumvolvuntur
Undique ſplendentia, & laborum obliviſcitur mortalis;
Ecce, Minerva gente Deorum relicta,
Omnia teneræ virgini aſſimilis, venit
Ad naves & exercitum Græcorum, & bellacis Epei
Supra caput aſtitit in ſomnio, atque ipſum juſſit
Ligneum equum conſtruere: illique promiſit ſi operi incumberet,
Se ipſam auxiliaturam, & mox ipſam equum ingreſſuram eſſe;
Ad opus (ita) inſtigans: is igitur auditis Deæ verbis,
Animo lætatus, ſecuro e ſomno ſubſilit,
Deamque immortalem ac beatam agnoſcit; nec corde ſuo
Aliud præter (equum) voluit: ſed mentem ſemper habet in opere

Divi-

Lexico. *Pauw.*

108. *αὐτὴ δ' ἄρα ἵππῳ ἐνδοθι βῆναι*] Minerva in equum non ingreſſa eſt cum Heroibus: Et quid igitur? An mendax fuit Dea, & hîc dixit, quæ facere non habebat in animo? Haud puto. Vitium mea opinione delitéſcit, & ſcribendum, *αὐτὴ δ' ἄρα ἐγγύθι βῆναι* &c. Sic nihil verius & convenientius: Pueri vident. *Pauw.*

109. *Εἰς ἔργον ἐτρύνουσα*] *Εργον ἐκοτρύνουσα*, vel *ἐνοτρύνουσα*. *Rhod.* *Εργον εἰς ἐτρύνουσα* mihi non diſplicet. *Pauw.*

110. *ἀκαδίης ἔκθορεν ὕπνος*] *ἔκθορεν ὕπνος*. *Rhod.*

118.

Θεσπεσίῳ· πινυτὴ δὲ περὶ Φρένας ἧιε τέχνη·
Ἠὼς δ' ὁππόθ' ἵκανεν, ἀπωσαμένη κνέφας ἠΰ
Εἰς ἔρεβος, χαροπὴ δὲ δι' ἠέρος ἧιεν αἴγλη,
Δὴ τότε θεῖον ὄνειρον ἐν Αργείοισιν Επειὸς,
Ὡς ἴδεν, ὡς ἤκουσεν, ἑελδομένοισιν ἔειπεν·
Οἱ δέ οἱ εἰσαΐοντες ἀπειρέσιον κεχάροντο·
Καὶ τότ' ἄρ' Ατρέος υἱέες ἄγγεα τηλεθάοντα
Ιδης ὑψικόμοιο θοοὺς προέηκαν ἰκέσθαι
Ανέρας· οἱ δ' ἐλάτῃσιν ἐπιβρίσαντες ἐς ὕλην,
Τάμνον δένδρεα μακρὰ· περικτυπέοντο δὲ βῆσσαι
Θεινομένων· δολιχαὶ δὲ κατ' ἰκρία μακρὰ κολῶναι
Δεύοντ' ἐκ ξυλόχοιο· γάπη δ' ἀνεφαίνετο πᾶσα·
Πρέμνα δ' ἀπαυαίνοντο βίην ποθέοντ' ἀνέμοιο·
Καὶ τὰ μὲν ἀρ πελέκεσσι διατμήγοντες Αχαιοὶ,
Εσσυμένως φορέεσκον ἐπ' ἠόνας Ελλησπόντου
Ἐξ ὄρεος λασίοιο· μόγησε δὲ θυμὸς ἐπ' ἔργῳ
Αἰζηῶν τε, καὶ ἡμιόνων· πονέοντο δὲ λαοὶ
Αλλοθεν ἄλλος, ὑποδρήσσοντες Επειῷ· *

Οἱ

118. *Οἱ δέ οἱ εἰσαΐοντες ἀπειρέσιον κεχάροντο*] Vulgo *εἰσαΐοντες* cum casu secundo vel quarto construitur: Quare pronomen *οἱ* vel a *κεχάροντο* pendet, vel mutandum est in *ἑ* aut *οὗ*. *Pauw.*

119. *Ατρέος υἱέες ἄγγεα τηλεθάοντα*] *Ατρέος υἷες ἐς ἄγκεα*, vel *υἷε ἐς ἄγκεα*. *Rhod.* Pro *ἄγγεα* scribendum est *ἄγκεα*: *υἱέες* manere potest: Nam ut ipsi pueri sciunt, *ἰκέσθαι* Ellyptice cum casu quarto construi solet; imo id venustius, quam si præpositio accedat. Versus tamen paulo modulatior fere est, si *υἷες* vel *υἷε ἐς* legas: Et eo respexit forte Rhodomannus. *Pauw.*

121. *οἱ δ' ἐλάτῃσιν ἐπιβρίσαντες ἐς ὕλην*] Pro *ἐς ὕλῃ*. Sed an ita scripsit forte ipse Quintus? Sane potuit, neque alterum arcessere habuit necesse. *Pauw.*

123. *δολιχαὶ δὲ κατ' ἰκρία μακρὰ κολῶναι Δεύοντ' ἐκ ξυλόχοιο*] *κατ' εὔρεα μακρὰ*. *Rhod.* Rhodomannus ita legens, vertit, *ac longa in spatiosis montibus juga Lignis nudantur.* Perperam sine dubio & imperite: Nam *ξύλοχος* non est lignum, sed locus ligno abundans, sylva, nemus: Hoc certum. *δεύ-*

ονται

Divino, & ſapiens ars circum præcordia ejus verſatur.
Cum tandem Aurora veniſſet denſasque abegiſſet tene-
bras
Ad Erebum, & roſeum per aëra jubar ſpargeretur:
Mox divinum inter Argivos ſomnium Epeus,
Ut viderat, ut audiverat, cupidis expoſuit:
Qui audientes ipſum gaudio incredibili perfunduntur.
Et tunc Atridæ in frondoſas Idæ
Alticomantis valles ire juſſerunt expeditos
Viros, qui abietibus robore ſuo incumbentes in ſylva,
Proceras arbores ſuccidunt; reſonantque convalles
Cæſarum impulſu, ac longa in ſpacioſis montibus juga
Lignis nudantur, omnisque pateſcit ſaltus;
Truncique areſcunt, venti flatum expetentes.
Quos ſecuribus ſcindentes Argivi,
Subito deportant ad Helleſponti littora,
Ex monte hirſuto. Tum occupatus erat in opere animus
Juvenum & mulorum, negotiumque habebant homines
Innumeri, alibi alii adminiſtrantes Epeo.

Pars

ἐστὸ autem ἐκ ξυλόχοιο non dicunt Græci, ſed δεύοντο ξυλόχοιο: Id etiam notum. Quare Verſio illa peſſime habet, & ipſa Græca, ſive cum Rhodomanno legas κατ' οὔρια, ſive vulgatam lectionem ſequaris, etiam bona eſſe non poſſunt. Ne multis te morer, ſcribendum ſuſpicor, δολιχῶν δὲ κατ' ἰκρία μακρὰ κολώνων Σεύοντ' ἐκ ξυλόχοιο, *antennæ vero & trabes longæ deturbabantur de jugis excelſis ex ſylva.* κατασεύοντο, cadebant præcipites. De cædendo loquitur τάμνειν: de ſono cædendi περικτυπέοντο, δὲ βῆσσαι: de ruina & lapſu hæc ipſa: Sic ordine progreditur oratio, & verba dicunt, quod debent: Hoc vides, ſpero. δολιχῶν κολώνων a κατὰ & κατασεύοντο pendet: Nam ἰκρία μακρὰ δολιχῶν κολώνων, vel δολιχῶν κολώνων ἐκ ξυλόχοιο minus appoſitum eſſet hic. *Pauw.*

125. βίην ποθέοντ' ἀείμοιο] Flacceſſit ποθέοντ' hoc loco. *Pauw.*

128. μόγεον δὲ θυμὸς ἐπ' ἔργῳ Αἰζηῶν τε, καὶ ἡμιόνων] Θυμὸς ἡμιόνων, ut θυμὸς αἰζηῶν? Quam ſuave & Scholaſticum hoc? *Pauw.*

130. Ἀλλοθεν ἄλλος, ὑποδρήσοντες Ἐπειῷ] Μύριοι ἄλλοθεν. *Rhod.* Ἀλλοθεν ἄλλος ἐόντι ὑποδρήσοντες. Brodæus Πάντη ἄλλοθεν. Rhodomannus Μύριοι. *Dausq.* Verſus aperte mutilus, quem ita-

Οἱ μὲν γὰρ τέμνεσκον ὑποχριθέντι σιδήρῳ
Δοῦρά τε, καὶ σανίδας διεμέτρεον· οἱ δ' ἄρ' ἀπ' ὄζους
Λείαινον πελέκεσσιν ἔτ' ἀπρίστων ἀπὸ φιτρῶν·
Αλλος δ' ἄλλο τι ῥέξε πονεύμενος· αὐτὰρ Επειὸς
Ιππου δουρατέοιο πόδας κάμεν· αὐτὰρ ἔπειτα
Νηδύα τ', ἠδ' ἐφύπερθε συνήρμοσε νῶτα, καὶ ἰξὺν
Εξόπιθεν· δειρὴν δὲ πάρος, καθύπερθε δὲ χαίτην
Αὐχένος ὑψηλοῖο καθήρμοσεν, ὡς ἐτεόν περ
Κινυμένην· λάσιον δὲ κάρη, καὶ εὔτρυχον οὐρὴν·
Οὔατα δ', ὀφθαλμοὺς τε διειδέας, ἄλλα δὲ πάντα,
Οἷς ἐπικίνυται ἵππος· ἀέξετο δ' ἱερὸν ἔργον
Ως ἐτεὸν ζώοντος, ἐπεὶ θεὸς ἀγέρι τέχνην
Δῶκ' ἐρατὴν· τετέλεστο δ' ἐπὶ τρισὶν ἤμασι πάντα.
Παλλάδος ἐννεσίῃσι· πολὺς δ' ἐπεγήθησε λαὸς
Αργείων· θαύμαζε δ' ὅπως ἐπὶ δούρατι θυμὸς,

Καὶ

instaurare non poſſumus ſine Libris. Præcedentia loquuntur, de illis, qui in littore cum Epeo fabricabantur equum: Quare nota diſtinctionis commode adeſſet. An forte legendum, *τεύ-ευτο δὲ λαοὶ Θῆνα πας' ἄλλοθεν ἄλ-λος, ὑποδρήσσοντες Επειῷ*? Id non ineptum certe. Interpretum commenta non placent. *Pauw.*

131. *τέμνεσκον ὑποχριθέντι σι-δήρῳ*] *ὑποχριτθέντι σιδήρῳ*. Ita enim Poetæ *κατ' ἀναλογίαν* formant. *Rhod.* Recte Rhodomannus in Verſione Latina, *ferro diſcreto, ſerra: κρίνω, dirimo*: idem *ὑποκρίνω*: Locutio notanda, quæ paulo obſcurior certe. An peccaſſet Quintus, ſi ſcripſiſſet *ὑποκριτθέντι σιδήρῳ*, quod ipſum *πρίονι* deſignaſſet apertius? Non puto, hercule. *Pauw.*

134. *Αλλος δ' ἄλλο τι ῥέζε*] Ita recte Aldus: Baſileenſes *ῥίξε*: quod in ſua Editione expreſſit Rhodomannus. *Pauw.*

135. *αὐτὰρ ἔπειτα Νηδύα τ'*] Perquam ingratum eſt *αὐτὰρ*, ubi proxime præceſſit *αὐτὰρ Ε-πειὸς*. An vitium forte ſubeſt, & ſcribendum, *Ιππῳ δουρατέ-οιο πόδας κάμε· καὶ τάχ' ἔπειτα Νηδύα τ', ἠδ'*? Id certe ab Auctoris ſtylo non abluderet; At nihil affirmo. *Pauw.*

139. *λάσιον δὲ κάρη, καὶ εὔ-τρυχον οὐρὴν*] *εὔτριχον*: vel legi non incommode poteſt *εὔτρο-χον*, rotundam ſeu teretem. *Rhod.* Scribe *εὔτειχον*. Pariavit hæc Calaber: *λάσιον δὲ κάρη, καὶ εὔτριχον οὐρὴν*: nam equo juba, & cauda, ſi bene pilis horrificent, gemina ſunt ornamenta. *Dauiq.* *εὔτριχον* ego etiam

Pars enim ferro diſcreto (ſerra) ſecabant
Ligna, & aſſeres dimetiebantur: pars ramos
Levigabant ſecuribus a truncis nondum ſectis:
Aliusque alium peragebat laborem. At Epeus
Lignei equi pedes (primum) fabricavit, deinde vero
Ventrem; hinc deſuper coagmentavit dorſum & armos
Poſterius, & anterius cervicem, jubamque ſupra
Arduam cervicem concinnavit perinde, ac ſi vere
Se moveret; Hiſpidum etiam caput, & ſetoſam caudam;
Nec non oculos perſpicuos, & cætera cuncta,
Quibus equus movetur: ſacrumque opus creſcebat,
Ut (equi) vere viventis: ſi quidem Dea artem viro
Amabilem dederat; Adeoque intra triduum cuncta abſoluta erant,
Palladis afflatu; & populoſus ſuper hoc gaudebat exercitus
Græcorum, ac mirabatur quanam ratione ligno animus

Et

etiam ſcribo: ἐὔτροχον in cauda protenſa equi, non video quem uſum & Energiam habere poſſit. Pro λάσιον δὲ κέρκον rectius legas, λάσιόν τε κέρκον. *Pauw.*

140. ἄλλα δὲ κάντα] Hic etiam exaſciatius legeretur, ἄλλα τε πάντα: Et ſic Aldina. *Pauw.*

141. Οἷς ἐκινήσατο ἵππος] Locutio jejuna & minus apta: Præcedit enim, Ὄσσατο δ', ὀφθαλμούς τε, ἄλλα δὲ κάντα: oculis autem, & aliis membris præter pedes, de quibus antea actum, non movetur equus, ſed illa cum equo pedum miniſterio moventur una. An aliud dedit Quintus? Neſcio, & non ſuccurrit, quod commode ſubſtitui poſſit. Sed an ſcribendum forte, Οἷς ἐκινήσατο, vel Οἷς ἔτι κίνητος ἵππος, *quibus equus ſit equus, & equus eſt?* Cogitandum. *Pauw.*

144. πολὺς δ' ἐκιγήθησε λαὸς] ἐκιγήθει λαὸς. *Rhod.*

145. Θαύμαζε δ' ἵππους ἐπὶ δαίδαλα θυμὸς] Cuncti ſciebant Græci tabulis animum non ineſſe. Quocirca ſcribendum ariolor ῥυθμὸς: concinnitatem namque mirabantur, membrorum e ligno cum membris conſenſionem. Aut ab eadem mente ἐπὶ δαίδαλα ἄρμενα. ἐκίκλα. Certe nec multo ante, eſt, ἐν συνάμοσι νῶτα, καὶ ἴξον. *Dausq.* Θυμὸς hic eſt animus & vigor equi generoſi, qui in ipſo ligno apparebat. Dausquejus ineptit: ῥυθμὸς in omnibus operibus ineſſe debet, iſque mirandi materies hic non ſatis larga. *Pauw.*

146.

Καὶ τάχος ἐκπεπότηται ποδῶν· χρεμέθοντι δ' ἐῴκει·
Καὶ τότε δῖος Ἐπειὸς ὑπὲρ μεγαχήτεος ἵππου
Εὔχετ' ὑπ' ἀκαμάτῳ Τριτωνίδι χεῖρας ὀρέξας·
Κλῦθι θεὰ μεγάθυμε σάω δ' ἐμὲ, καὶ τεὸν ἵππον.
Ὡς φάτο· τοῦ δ' ἐσάκουσε θεὰ πολύμητις Ἀθήνη,
Καί ῥα οἱ ἔργον ἔτευξεν ἐπιχθονίοισιν ἀγητὸν
Πᾶσιν, ὅσοι μιν ἴδοντο, καὶ οἱ μετόπισθε πύθοντο·
Ἀλλ' ὅτε δὴ Δαναοὶ μὲν ἐγήθεον ἔργον Ἐπειοῦ
Δερκόμενοι, Τρῶες δὲ πεφυζότες ἔνδοθι πύργου
Μίμνον, ἀλευάμενοι θάνατον, καὶ ἀνηλέα κῆρα,
Δὴ τότ' ἐπ' ὠκεανοῖο ῥοὰς, καὶ Γηθύος ἄντρα,
Ζηνὸς ὑπερθύμοιο θεῶν ἀπάτερθε μολόντος,
Ἔμπεσεν ἀθανάτοισιν ἔρις· δίχα δέ σφιν θυμὸς
Ἔπλετ' ὀρινομένων· ἀνέμων δ' ἐπιβάντες ἀέλλας,
Οὐρανόθεν φορέοντ' ἐπὶ χθόνα· τοῖσι δ' ὑπ' αἰθὴρ
Ἔβραχεν· οἱ δέ, μολόντες ἐπὶ Ξάνθοιο ῥέεθρα,
Ἀλλήλων ἴσταντο κατακτίσιν, οἱ μὲν Ἀχαιῶν,
Οἱ δ' ἀρ ὑπὲρ Τρώων· πολέμου δ' ἔρος ἔμπεσε θυμῷ·
Τοῖσι δ' ὁμῶς ἀγέροντο καὶ οἱ λάχον εὐρέα πόντον·
Καί ῥ' οἱ μὲν, δολόεντα, κοτεσσάμενοι, μενέαινον
Ἵππον ἀμαλδῦναι σὺν νήεσιν, οἱ δ' ἐρατεινὴν
Ἰλιον· αἶσα δ' ἔρυκε πολύτροπος· ἐς δὲ κυδοιμὸν

Τρέ-

146. Καὶ τάχος ἐκπεπότηται ποδῶν] ἐκπεπότητο. *Rhod.* Si moles ingens equi, & ſuapte ſponte immobilis, quæ alias lapſibus, rotis, funibus, (hæc ante Calaber vocat ἄλλα τε πάντα, οἷς ἐπικίνυται ἵπποι) & junctis vulgi operis promovetur, qui *celeritas pedum volabat?* quod iis verbis tegitur. Surrogo, quod rectum reor: Καὶ λάχος ἐκπεπότητο ποδῶν. Et pars pedum elaborata eſt. Prius moles ipſa quanta quanta ſurgebat, incurrebat in oculos, poſt illa baſes, ſeu pedes. *Dausq.* Hic plus quam ineptit bonus Dausquius: id vident ipſi tyrones. Ut equi vigor, ita pedum velocitas in ligno apparebat: Nihil planius aut perſpicuum magis. *Pauw.*

148. Εὔχετ' ὑπ' ἀκαμάτῳ Τριτωνίδι χεῖρας ὀρέξας] Melius vi-

Et pedum celeritas fabricata eſſent, & hinnienti ſimilis videretur.
Et tunc divinus Epeus pro ſtupendæ magnitudinis equo
Vota fecit, ad invictam Minervam manibus porrectis.
Audi Dea magnanima, & ſoſpita me, atque tuum equum.
Sic dixit: eumque exaudiit Minerva ingenioſa Dea:
Et opus ipſius effecit admirandum terrigenis
Univerſis; qui id viderunt, & qui poſtea audiverunt.
Cæterum cum Danai lætarentur, opus Epei
Contemplantes, & Trojani trepidantes intra turres
Se continerent ut mortem & Parcam immiſericordem ſubterfugerent;
Interim ad Oceani fluxus & Tethyos antra
Jove magnanimo, procul a Diis, profecto,
Cælitibus contentio incidit, & diſcors eis animus
Fuit in ea commotione: procellis igitur ventorum conſcenſis,
Cælitus ad terram deferuntur, & æther ſub illis
Remugit, ipſique delati ad Xanthi vortices
Adverſum ſe mutuo conſiſtunt; pars quidem Argivum,
Pars vero Troum cauſa: animosque belli cupido inceſſit.
Et aggregantur illis etiam, quī vaſtum mare ſortiti ſunt.
Atque tum alii ira perciti cupiebant inſidioſum
Equum abolere cum navibus: alii contra amabile
Ilium. Sed fatum varie omnia mutans prohibet, & ad conflictum

Men-

videtur ἐπ' ἀκαμάτῳ. *Rhod.* Ita ſcribendum haud dubie. *Pauw.*

154. Τρῶες δὲ πιφυζότες ἴσαθι πύργῳ] πιφυζότες ἴσαθι πύργων. *Rhod.* Pro Aldino πιφυζότες Baſileenſes πιφυζόντες: id Rhodomannus etiam correxit. *Pauw.*

158. δίχα δέ σφιν θυμὸς] δίχα δὲ σφίσι θυμὸς. *Rhod.*

159. Ἕπλετ' ἐριπεμένοις] ἐριπεμένοις. ἐτίρωσις tamen caſuum fuerit, ſi concinnitas non obſtet. *Rhod.* Enallage eſt inconcinna & nimis periculoſa: Quare ἐριπεμένοις etiam arridet mihi. *Pauw.*

160. Οὐρανόθεν φορέοντ' ἐπὶ χθόνα] φορέοντο ἐπὶ vel κατὰ. *Rhod.* φορέοντο ἐπὶ bonum eſt. *Pauw.*

Τρέψενόον μαχάρεσσιν· Αρης δ' ἐξῆρχε μόθοιο·
Αλτο δ' Αθηναίης κατεναντίον· ὡς δὲ καὶ ἄλλοι
Σύμπεσον ἀλλήλοισι· περὶ σφίσι δ' ἄμβροτα τεύχη
Χρύσεα κινυμένοισι μέγ' ἴαχεν· ἀμφὶ δὲ πόντος
Εὐρὺς ὑπεσμαράγησε, κελαινὴ δ' ἔτρεμε γαῖα
Αθανάτων ὑπὸ ποσσὶ· μακρὸν δ' ἅμα πάντ' ἄϋσαν·
Σμερδαλέη δ' ἐνοπὴ μέχρις οὐρανὸν εὐρὺν ἵκανε,
Μέχρις ἐπ' Αϊδονῆος ὑπερθύμοιο βερεθρων·
Τιτῆνες δ' ἐφύπερθε μέγ' ἔτρεσαν· ἀμφὶ δὲ μακρὴ
Ιδη ὑπέστενε πᾶσα, καὶ ἠχήεντα ῥέεθρα
Αενάων ποταμῶν· δολιχαὶ δ' ἅμα τοῖσι χαράδραι,
Νῆες τ' Αργείων, Πριάμοιό τε κύδιμον ἄστυ·
Αλλ' οὐκ ἀνθρώποισι πέλεν θέος· οὐδ' ἐνόησαν
Αὐτῶν ἐννεσίῃσι θεῶν ἔριν· οἱ δὲ, χολώνας
Χερσὶν ἀποῤῥήξαντες ἀπ' οὔδεος Ιδαίοιο,
Βάλλον ἐπ' ἀλλήλους· αἱ δὲ ψαμάθοισιν ὁμοῖαι,
Ρεῖα διεσκίδναντο· θεῶν περὶ δ' ἄσχετα γυῖα
Ρηγνύμενα διὰ τυτθὰ· Διὸς δ' ἐπὶ πείρασι γαίης

Οὐ

173. μακρὸν δ' ἅμα πάντ' ἄϋσαν] πάντες ἄϋσαν. *Rhod.* πάντα plene, & πάντα γ' ἄϋσαν, hiatus ne fit. πάντα, aër, pontus, terra, inferi, cælum, Ida, fluvii, torrentes, naves Græcorum, Troja, omnia ſtrepitu, clamore, tumultu perſonabant. Sic aptius, quam πάντες, quod voluere alii. *Dausq.* Perbene Rhodomannus πάντες, Dausqueji πάντα ineptit. *Pauw.*

175. Μέχρις ἐπ' Αϊδονῆος ὑπερθύμοιο βερέθρων] ἐπ' Αἰδωνῆος. *Rhod.* Durum eſt μέχρις ita repetitum ſine copula: Nonne ſcribendum, Μέχρις τ' Αδωνῆος ὑπερθύμοιο βερέθρων? De Αδωνῆος vide nos ad initium Lib. 3. *Pauw.*

176. Τιτῆνες δ' ἐφύπερθε μέγ' ἔτρεσαν] Quid audio? An Titanes locum occupant, qui facit, ut τρέσαι ἐφύπερθε potuerint dici? Nihil, hercule, falſius. Vitium ſine dubio hæret: Legendum autumo, Τιτῆνες δ' ἀπάτερθε μέγ' ἔτρεσαν. Sic nihil convenientius: Scis, quo detruſi omnium peſſimi. *Pauw.*

180. Αλλ' οὐκ ἀνθρώποισι πέλεν θέος· οὐδ' ἐνόησαν &c.] Hoc inepte fictum eſt, inprimis ubi Dii rupes ab Ida avulſas in ſe evibrabant ſtrenue, & res agebatur in vicinia Græcorum & Trojanorum. Vident & ſentiunt omnes. Ubi autem ſubſide-

Mentem Diis convertit. Mars itaque pugnæ initium
feçit,
Et contra Minervam profiluit: ita & alii
Inter ſe concurrêre: circumque eos immortalia arma
Ex auro valde crepitabant ex commotione, & pontus
circumquaque
Latifluus inſonuit: nigraque contremuit tellus,
Deum ſub pedibus: ac magnum omnes clamorem ſuſtulerunt,
Adeo ut vox horrenda ad altum uſque cælum pervaniret,
Et ad magnanimi Plutonis barathrum,
Supraque Titanes magnopere expaveſcebant. Ad hæc
ardua
Ida ingemuit penitus, & ſonora fluenta
Perpetuorum amnium, longæque cum his voragines,
Ac naves Argivum, Priami denique urbs inclyta.
Sed hominibus non erat metus, nec ſenſerunt
Deorum litem, ipſorum conſiliis: Qui rupes
Manibus avulſas ab Idæo monte,
In ſe ultro citroque evibrant. Hæc autem inſtar arenarum
Facile diſperguntur, circa velocia Deorum membra
In minutas partes confractæ; ſed Jovis in finibus terræ
Men-

ſiderunt illæ rupes, diſſipatæ ipſa alliſione in corpora divina? Nonne novos tumulos & colles effecerunt ſtatim? Quid etiam ipſa Ida? Nonne planities facta fuit, ita a Diis diſrupta & avulſa? Nonne mutatio ſoli & montis adeo egregia ab omnibus notata fuit ſtatim? Totum commentum hujus pugnæ ineptum eſt: Sed omnium ineptiſſima certe hæc pars ejus. *Pauw.*

181. *Αὐτῶν. Ἐπεὶνηνι θεῶν*] Verſum complevi retracto *αὖ-τῶν* ex fine prioris verſus in priſtinam ſtationem. *Rhod.* In Aldina ſcilicet & Baſileenſi *αὐτῶν* male cum Verſu præcedenti cohæret. *Pauw.*

182. *ἀπορρήξαντες ἀπ' αὐδὲις Ἰδαίοιο*] *ἀπ' αὖρης Ἰδαίοιο*, credo, ut Interpres vertit. *Pauw.*

184. *Ῥεῖα διεκλίνατο θεῶν περὶ δ' ἄσχετα γυῖα*] Scribe & diſtingue, *Ῥεῖα διεκλίνατο, θεῶν περὶ ἄσχετα γυῖα. Pauw.*

185. *Ῥηγνύμενα δὲ τυπῇ*] *Ῥηγνύμεναι δὲ τυπῇ. Rhod.*

Οὐ λάθον ἠὺ νόημα· λιπὼν δ' ἄφαρ ὠκεανοῖο
Χεύματ' ἐς οὐρανὸν εὐρὺν ἀνήιε· τὸν δὲ φέρεσκον
Εὖρος, καὶ Βορέης· Ζέφυρος δ' ἐπὶ τοῖσι, Νότος τε·
Τούς δ' ὑπὸ θεσπέσιον ζυγὸν αἰόλος ἤγαγεν Ἰρις
Ἁρματος αἰὲν ἐόντος, ὅ οἱ κάμεν ἄμβροτος αἰὼν
Χερσὶν ὑπ' ἀκαμάτοισιν ἀτειρέος ἐξ ἀδάμαντος·
Ἵκετο δ' Οὐλύμποιο ῥίον μέγα· σὺν δ' ἐτίναξεν
Αἰθέρα πᾶσαν ὑπερχολούμενος· ἄλλοτε δ' ἄλλαι
Βρονταὶ ὁμῶς στεροπῇσι μέγ' ἐκτύπεον· ἐν δ' ἀραυναὶ
Ταρφέες ἐξεχέοντο ποτὶ χθόνα· καίετο δ' ἀὴρ
Ἀσπετος· ἀθανάτῃσι δ' ὑπὸ φρένας ἔμπεσε δείμα·
Πάντων δ' ἔτρεμε γυῖα, καὶ ἀθανάτων περ ἐόντων·
Τῶν δὲ περιδδείσασα κλυτὴ Θέμις, εὖτε νόημα
Ἆλτο διὰ νεφέων· τάχα δέ σφεας εἰσαφίκανεν·
Οἵη γὰρ στονόεντος ἀπόπροθι μίμνε μόθοιο·
Τοῖον δ' ἔκφατε μῦθον, ἐρυκανόωσα μάχεσθαι·
Ἰσχεσθ' ἰωχμοῖο δυσηχέος· οὐ γὰρ ἔοικεν,
Ζηνὸς χωομένοιο, μινυνθαδίων ἕνεκ' ἀνδρῶν
Μάρνασθ' αἰὲν ἐόντας, ἐπεὶ τάχα πάντες ἄϊστοι
Ἔσσεσθ'· ἦ γὰρ ὕπερθεν ἐφ' ὑμέας οὖρεα πάντα
Εἰς ἓν ἀναῤῥήξας, οὔθ' υἱῶι, οὔτε θυγατρῶν

Φεί-

188. Ζέφυρος δ' ἐπὶ τοῖσι, Νότος τε] Malo Ζέφυρος τ'. *Rauw.*

191. Χερσὶν ὑπ' ἀκαμάτοισιν] ὑπ' ἀκαμάτῃσιν non deterius fuisset. *Rauw.*

193. Αἰθέρα πᾶσαν ὑπερχολούμενος] ὑπερβεχολούμενος. *Rhod.* Brodæus ὑπερχωλούμενος. Inepte. Rhodomannus ὑπερβεχολούμενος. Ego ὑπερκεχολωμένος. Exitu hujus libri, γάμῳ κεχολωμένοι εἰσίν. *Dausq.* Recte Rhodomannus ὑπερβεχολούμενος; sed rectius Dausquejus ὑπερκεχολωμένος: Nam sic sine dubio scripsit ille. *Rauw.*

194. ὁμῶς στεροπῇσι μέγ' ἐκτύπεον· ἐν δὲ καυναὶ] μέγ' ἔκτυπεον· ἐν δὲ καυναὶ. *Rhod.*

196. ἀθανάτῃσι δ' ὑπὸ φρένας ἔμπεσε δείμα] ἀθανάτοισι. *Rhod.*

197. καὶ ἀθανάτων περ ἐόντων] Quam flaccidum hoc post ἀθανάτοισι? Sic tamen ipse Quintus: Nam ἀκαμάτων non sufficeret. *Rauw.*

Mentem perſpicacem non fefellerunt: ſtatim igitur relicto Oceani
Stagno, latepatens cælum conſcendit, eumque vehunt
Eurus & Boreas, Zephyrusque Notusque cum illis:
Quos Iris multicolor duxerat ſub jugum divinum
Currus ſempiterni, quem immortale Ævum illi fabricavit,
Indefatigatis manibus, ex rigido adamante.
Venit itaque in magnum Olympi verticem, & concuſſit
Totum deſuper æthera iratus; aliasque alia
Tonitrua, fulguribus mixta, valde reboant, & inter hæc fulmina
Crebra ad terram effunduntur: flagratque aër
Infinitus. Tum metus Deorum mentibus ingruit,
Omniumque membra tremuerunt, quamvis immortales eſſent.
His igitur timens inclyta Themis, tam cito quam cogitatio,
Per nubes deſiliit, & celeriter ad eos devenit.
Sola enim extra triſtem remanſerat pugnam.
Et hunc ſermonem ad dirimendum pugnam edidit.
Deſiſtite a tumultuoſa conflictatione: Non enim decet,
Jove indignante, propter homines caducos
Immortales Deos inter ſe decertare. Alias ſubito omnes evanidi
Eritis. Namque ſuper vos ex alto cunctis montibus
In unum colliſis, neque filiis neque filiabus

Par-

198. *Τῶι δὲ κιριδδείσατα χλοτὴ Θέμις*] Ita recte Aldina: Baſileenſis perperam *κιριδείσασα*: quod Rhodomannus correxit in Notis. *Pauw.*

201. *Τοῖσι δ' ἴκφασι μῦθον*] *Τοῖσι δ' ἴκφατο. Rhod.* Rectiſſime, ne dicam Græciſſime, *μῦθον ἰκφάναι*, nec exempla moramur. Fruſtra ſufficitur *ἴκφατο*. *Dausq.* Sibi habeat bonus elegantias ſuas: Ego cum Rhodomanno ſcribo *ἴκφατο*, idque facient omnes, qui Literis Græcis probe ſunt imbuti. *Pauw.*

206. *Εἰς ἴν' ἀναμίξας, οὔθ' υἱῶν*] Malim *ἀναμίξει, οὔτ' υἱῶν*. *Dausq.* Cave adſentiaris: Nam ſic verborum cohærentia vitiatur. *Pauw.*

Φείσεται, ἀλλ' ἄρα πάντας ὁμῶς ὕπερθε καλύψει
Γαίη ἀπειρεσίη· οὐδ' ἔσσεται ἄμμιν ἄλυξις
Ες φάος· ἀργαλέος δὲ περὶ ζόφος αἰὲν ἐρύξει.
Ὡς φάτο· τοὶ δὲ πίθοντο, Διὸς τρομέοντες ὁμοκλὴν·
Ἰσμίνης δ' ἔσχοντο· χόλον δ' ἀπὸ νόσφι βάλοντο
Ἀργαλέον· φιλότητα δ' ὁμηθέα ποιήσαντο·
Καὶ ῥ' οἱ μὲν νίσσοντο πρὸς οὐρανόν· οἱ δ' ἀλὸς εἴσω·
Οἱ δ' ἀνὰ γαῖαν ἔμιμνον· ἐϋπτολέμοισι δ' Ἀχαιοῖς
Υἱὸς Λαέρταο πυκιὰ φρονέων, φάτο μῦθον·
Ὦ νῦν μοι Ἀργείων σημάντορες ἀκριτόμυθοι,
Νῦν μοι ἐελδομένῳ τεκμήρατε, οἵτινες ἐστὲ
Ἐκπάγλως κρατεροὶ καὶ ἀμύμονες· ἦ γὰρ ἱκάνει
Ἔργον ἀναγκαίης· ἀλλὰ μνησώμεθ' Ἄρηος,
Ες δ' ἵππον βαίνωμεν ἐύξοον, ὄφρά τι τέκμωρ
Εὕρωμεν πολέμοιό δυσηχέος· ὡς γὰρ ἄμεινον
Ἔσσεται, ἢν καὶ δόλῳ, καὶ κήδεσιν ἀργαλέοισιν
Ἄστυ μέγ' ἐκπέρσωμεν, οὗ εἵνεκα δεῦρο μολόντες,
Πάσχομεν ἄλγεα πολλὰ, φίλης ἀπὸ τηλόθι γαίης·
Ἀλλ' ἄγε δὴ μένος ἠὲ, καὶ ἄλκιμον ἐν φρεσὶ θέσθε·
Καὶ γάρ τις κατὰ δῆριν ἀτιμήσ ὑπ' ἀνάγκης
Θαρσήσας ἀνὰ θυμὸν, ἀμύμονα φῶτα κατέκτα

Χει-

207. ἀλλ' ἄρα πάντας ὁμῶς ὕπερθε καλύψει] ὁμῶς ἰφύπερθε. *Rhod.*

208. οὐδ' ἔσσεται ἄμμιν ἄλυξις Ες φάος] ὔμμιν ἄλυξις. *Rhod.*

211. Ἰσμίνης δ' ἔσχοντο] Rectius ἴσχοντο, quia ἴσχεσθ' præcessit. *Pauw.*

215. Υἱὸς Λαέρταο πυκιὰ φρονέων] πύκα φρονίων *Rhod.* Græcissimum est πυκιὰ φρονεῖν, ut πυκινὰ φρονεῖν in Odyssea. Modulus usitatissimus. Nec refelli eam lectionem patitur Theocriti versus Idyll. KB.

Λαιῇ δὲ σῆμα τύψε· πυκιὰ δ' ἀράβησεν ὀδόντες.

Dausq.

216. Ὦ νῦν μοι Ἀργείων σημάντορες] Ὦ φίλοι Ἀργείων σημάντορες. *Rhod.* Abundat forte Ω: Nam νῦν μοι data opera geminare potuit Vir Scholasticus, ut Emphaticum & nervosum. Alias Rhodomannus non male φίλοι Ἀργείων, quanquam

Parcet, ſed ſimul omnes opprimet
Vaſta telluris mole; nec effugium vobis erit
Ad lucem; quin tenebræ (vos) perpetuo caligo detineat.
Sic ait: illi vero Jovis minas reformidantes paruere,
Et a pugna deſtiterunt, iramque abjecerunt
Moleſtam, & familiarem inter ſe amicitiam inſtaurarunt.
Alii itaque redierunt in cælum; alii in mare;
Pars in terra manebant. Tum ad bellaces Achivos
Prudens Laërtæ filius (his) verbis diſſeruit;
Amici Argivum duces, quorum in verbis ſæpe judicium deſideratur,
Nunc, ut deſidero, mihi oſtendite, qui ſitis
Inſigniter fortes, nec culpandi: Enimvero jam incumbit
Neceſſitatis opus. Idcirco Martis (virtutis bellicæ) memores ſimus,
Equumque dedolatum ingrediamur: ut exitum aliquem
Clamoſi belli inveniamus: Sic enim præſtabilius
Erit, ſi dolo & operoſa arte
Magnam urbem expugnemus: cujus gratia huc vecti
Multas toleramus ærumnas, procul a natali ſolo.
Sed agite quæſo generoſum, & forte animis robur indatis.
Nam in conflictu quiſpiam acerbæ neceſſitatis ſtimulo adactus,
Si fiduciam (animo) conceperit, præſtantem virum interficit (ſæpe,)

Li-

quam κλυτοὶ Ἀργεῖοι ad literarum veſtigia propius accedit. *Pauw.*

222. Ἐσσεῖται, ἤν κεν δόλῳ, καὶ κήδεσιν ἀργαλέοισιν] ἤν κε δόλῳ, καὶ μήδεσιν. *Rhod.* κήδεσιν ἀργαλέοισιν, difficili cura urbem evaſimus. Alius μήχεσιν, alius μήδεσιν. κῆδος eſt cura, vel in illo pervulgato: τῶν δ' ἄλλων οὐ κῆδος: quod & ἀκηδίη, *accidia*, aliaque eodem ex fonte ſatis ſuperque manifeſtant. *Dausq.* μήδεσιν haud dubie legendum: Sed quid μήδεσιν ἀργαλέοισιν, ubi de dolo ſermo eſt? Nihil certe, nihil. Scribendum ſuſpicor, ἤν κε δόλῳ, καὶ μήδεσιν ἀγκυλόεσσι. ἀγκυλομήτης notiſſimum eſt ipſis pueris: Et ſic ἀγκυλόεντα μήδεα conveniunt dolo, & cum dolo recte junguntur. *Pauw.*

227. ἀμύμονα φῶτα] Quid ſi ἀμείνονα? *Rhod.* Ita legendum plane. *Pauw.*

Χειρότερος γεγαώς· μάλα γὰρ μέγα θυμὸν ἀέξει
Θάρσος, ὅπερ τε μάλιστα πολὺ λώϊον ἀνθρώποισιν·
Αλλ' ἄγ' ἀριστῆες μὲν εὐρὺν λόχον ἐντύνεσθε·
Οἱ δ' ἄλλοι Τενέδοιο πρὸς ἱερὸν ἄστυ μολόντες,
Μίμνετε, εἰσόκεν ἄμμε ποτὶ πτόλιν εἰρύσσουσι
Δήϊοι, ἐλπόμενοι Τριτωνίδι δῶρον ἄγεσθαι·
Αἰζηῶν δέ τις ἐσθλὸς, τὸν οὐ σάφα Τρῶες ἴσασι,
Μιμνέτω ἄγχ' ἵπποιο, σιδήρεον ἐνθέμενος χῆρ·
Καί οἱ πάντα μέδοντα μάλ' ἔμπεδον, ὁππόσ' ἔγωγε
Πρόσθ' ἐφάμην· καὶ μή τι περὶ φρεσὶν ἄλλο νοήσῃ,
Οφρα μὴ ἀμφαδὰ Τρῳσὶν Αχαιῶν ἔργα πέληται.
Ως φάτο· τὸν δὲ Σίνων ἀπαμείβετο, φώνησέν τε,
Αλλων δειδιότων· μάλα γὰρ μέγα ἔργον ἔμελλεν
Εκτελέειν· τῷ καί μιν ἐϋφρονέοντ' ἀνὰ θυμὸν
Ηὗς ἀγάσσατο λαός· ὅ δ' ἐν μέσσοισιν ἔειπεν·
Ω Οδυσεῦ, καὶ πάντες Αχαιῶν φέρτατοι υἷες,
Εργον μὲν τόδ' ἔγωγε λιλαιομένοισι τελέσσω,
Εἴτε μ' ἀεικίζωσι, καὶ εἰ πυρὶ μητίοωνται

Βάλ-

229. Θάρσος. ὅπερ τε μάλιστα πολὺ λώϊον ἀνθρώποισιν] Triplex jam mihi verſus emendatio ſuccurrit. Primo enim pro πολὺ λώϊον, πολύλλιτον, exoptatiſſimum, legi poteſt. Deinde, cui id minus probatur, ſubſtituat φίλτι κλέος, gloriam adfert. Tertio, cui retinendum videtur πολὺ λώϊον, loco μάλιστα ponat φόβῳ, cujus ſenſum in verſione reddidi. Si cui vero nec tum ſatisfiat, de quarta & meliore circumſpiciat: & cogitet nos ſolis hic conjecturis niti. *Rhod.* Securus alienæ divinationis reſcribo: Θάρσος, ὅπερ τε φίλτι μάλα λώϊον ἀνθρώποισιν. Vel: ὅπερ τιλίβει πολὺ λώϊον ἀνθρώποισιν. Vel: ὅπερ τ' ἀλκῆς πολὺ λώϊον ἀνθρώποισιν. Sententia non abſimilis Odyſſ. H.

— θαρσαλέος γὰρ ἀνὴρ ἐν πᾶσιν ἀμείνων
Εργοισι τιλίβει, εἰ καὶ πόθεν ἄλλοθεν ἔλθοι.

Dauiſq. Locus difficilior, quem tentarunt, non emendarunt Interpretes. An forte ſcribendum, Θάρσος, ὅπερ τε μάλιστα ὀνήϊον ἀνθρώποισιν, *fiducia, quæ hominibus maxime prodeſt?* ὄνησις & ὀνήϊος idem, quod ὀνήσιμος: Nihil notius. Vide & judica: Ego nihil temere affirmo. *Pauw.*

230,

Licet ipſe ſit deterior. Nam valde animum confirmat
Audacia, quæ metu longe potior eſt hominibus.
Accingite igitur vos principes ad inſidias ſolertes.
At vos alii ad ſacram Tenedi urbem
Opperimini, donec nos ad urbem traxerint
Hoſtes, donum Minervæ deduci putantes.
Juvenum autem quiſpiam fortis, quem Troës non certo noverunt,
Prope equum maneat, ferreo corde præditus:
Atque ipſi omnia curæ ſint quam diligentiſſime, quæ ego
Antea propoſui, & nihil aliud in animo cogitet;
Ne Græcorum res Trojanis notæ fiant.
Sic dixit. Sino autem ei reſpondet, & infit,
Aliis reformidantibus: Ingens enim facinus erat
Patraturus: Ideoque ob bonum animi propoſitum ſtrenuus
Illum exercitus demiratur: is igitur in medio cœtu (ita) fatur:
Ulyſſes, & præſtantiſſimi Argivum nati omnes:
Rem hanc ego exoptantibus perfectam dabo,
Etiamſi me indignis modis tractent, ignique deſtinent Vi-

230. Αλλ' ἄγ' ἀρίστῃς μὶν τοὶ ἐὺν λόχον ἐντύνεσθε] μὶν ἐὺν λόχον. *Rhod.* ἐὺν & ſententiæ & verſui obeſt: Rhodomannus non male ἰὺν. Si τοὺς in Libris fuiſſet, de Amphimacro cogitaſſem. *Pauw.*

234. ἰσθλὸς, τὸν οὐ σάφα Τρῶες ἴσασι] ἰσθλὸς, ὃν οὐ. *Rhod.*

236. Καὶ εἰ πάντα μίδοντα μάλ' ἴμπεδον] πάντα μέλοιτο μάλ'. *Rhod.* Brodæus πάντα μίδοντα, exponitque omnia curet & provideat. Rhodomannus μέλοιτο μάλ'. Ego Καὶ εἰ πάντα μιδίσθω ἴμπεδον, abraſo τῷ μάλα. Heſychius: Μεδίσθω, φροντιζέσθω. Potius autem mihi μιδέσθω, quam μίδωνται, ut reſpondeat anteriori μιμνίτω. *Dausq.* Rhodomannus procul omni dubio recte μέλοιτο μάλ' ἴμπεδον: Ipſi tyrones vident & ſentiunt ſtatim. *Pauw.*

245. Εἴτε μ' ἀτιτάλλουσι, καὶ εἰ πυρὶ μητιόωνται Βάλλειν ζωὸν ἐόντα] εἴτε & εἰ καὶ ita Græce non poſſunt jungi, & ineptit Interpres, qui inde extudit, quod Græca promere non valent: εἴτε eſt *ſive*, εἰ καὶ *etſi*: Pueri ſciunt, neque ignorat quisquam. Quid igitur? Locus eſt corruptus, & legendum fortaſſe, Εἴτε μ' ἀτιτάλλουσ', εἴτ' ἐν πυρὶ μητιόωνται Βάλλειν ζωὸν ἐόντα,

Βάλλειν ζωὸν ἐόντα· τὸ γὰρ νύ μοι εὔαδε θυμῷ,
Ἢ θανέειν δηΐοισιν ὑπ' ἀνδράσιν, ἢ ὑπαλύξαι,
Ἀργείοις μέγα κῦδος ἐελδομένοισι φέροντα.
Ὡς φάτο θαρσαλέως· μέγα δ' Ἀργεῖοι κεχάροντο·
Καί τις ἔφη, ὡς τῷδε θεὸς μέγα κάρτος ἔδωκε
Σήμερον· οὐ γὰρ πρόσθεν ἔην θρασὺς· ἀλλά ἑ δαίμων
Οτρύνει πάντεσσι κλυτὸν Τρῳέσσι γενέσθαι,
Ἢ νῶϊν· νῦν γὰρ οἴομαι ἐσσυμένως περ
Ἀργαλέου πολέμου τέκμωρ εὔδηλον ἔεσθαι.
Ὡς ἄρ ἔφη κατὰ λαὸν ἀρηϊφίλων τις Ἀχαιῶν·
Νέστωρ δ' αὖ ἑτέρωθεν ἐποτρύνων μετέειπεν,
Νῦν χρειὼ φίλα τέκνα βίης, καὶ θάρσεος ἐσθλοῦ·
Νῦν γὰρ τέρμα πόνοιο θεὸς, καὶ ἀμύμονα νίκην
Ἡμῖν ἐλδομένοισι φίλας ἐς χεῖρας ἄγουσιν·
Αλλ' ἄγε θαρσαλέως πολυχαλκέος ἔνδοθεν ἵππου
Βαίνετ', ἐπεὶ μερόπεσσι κλέος μέγα θάρσος ὀπάζει·
Ὡς ὄφελον μέγα κάρτος ἐμοῖς ἐπὶ γούνασι κεῖτο,
Οἷον ὅτ' Αἴσονος υἱὸς ἔσω νεὸς ὠκυπόροιο
Αργώης καλέεσκεν ἀριστέας, ὁππότ' ἔγωγε
Πρῶτος ἀριστήων καταβήμεναι ὁρμαίνεσκον,
Εἰ μὴ ἄρ' ἀντίθεος Πελίης ἀέκοντά μ' ἔρυκε·
Νῦν δέ με γῆρας ἔπεισι πολύστονον· ἀλλ' ἄρα καὶ ὥς,
Ὡς νέος ἡβώων καταβήσομαι ἔνδοθεν ἵππου
Θαρσαλέως· θάρσος δὲ θεὸς, καὶ κῦδος ὀπάσσει.

Ὡς

re, sive contumelia me afficiant, sive in ignem &c. εἴτε bis positum convenit. Alias etiam legi posset, *λιλαιομένοισι τελέσσω. Εἴτε, ἀτιμίζωσι καὶ μ' ἐν πυρὶ μητίσωνται* &c. *me contumelia, licet, afficiant, & in ignem* &c. idque alteri præstaret, si μ' non esset positum paulo incommodius: Sic tamen Poetæ aliquando ob Metri necessitatem, cui parendum est semper. Quare cogita, & sume, quod tibi arrideat. *Pauw.*

253. Ἢ νῶϊν· νῦν γὰρ οἴομαι ἐσσυμένως περ] νῦν γάρ πω οἴομαι. *Rhod.* Ita non male Rhodomannus: Potes etiam νῦν γάρ τοι οἴομαι, idque non deterius certe. *Pauw.*

268.

Viventem injicere. Hoc enim animo meo allubescit,
Ut aut morte ab infestis hominibus afficiar, aut evadam,
Magnam interim cupientibus Argivis gloriam acquirens.
Sic ait confidenter; unde magnum Argivis gaudium exsistit.
Et dixit quispiam: Quam præclaram Deus huic fortitudinem indidit
Hodie! Antea enim audax non fuit. Sed Genius ipsum
Impellit ut omnibus Trojanis exitium afferat,
Aut nobis. Nunc enim spero celeriter
Manifestum difficilis belli exitum fore.
Sic fatur in exercitu Martiorum quispiam Græcorum.
Nestor autem alibi instigans (hæc) edisserit.
Nunc, dilecti filii, opus est virtute & strenua fiducia.
Nunc enim Dii laborum finem, & victoriam
Expetentibus nobis in caras (quasi) manus adducunt.
Quare intrepidis animis in capacis equi viscera
Conscendite. Nam magnam hominibus gloriam fiducia conciliat.
Utinam vero præstans illa vis in genibus meis reposita esset,
Ut (erat), cum Æsonis natus in properam navem
Argoam optimates convocaret; ubi ego
Primus inter principes in eam descendere festinabam:
Nisi eximius me Pelias invitum retraxisset.
Nunc vero querula me senectus opprimit, sed tamen nihilominus
Velut juvenis ætate florens equum ingrediar
Animose. Deus porro fiduciam, & celebrem eventum dabit.

Sic

262. Ὡς ὄφελον μέγα θάρσος ἐμοῖς ἐπὶ γούνατα κεῖτο] Præcessit proxime μέγα θάρσος: An ita voculas geminavit Quintus? Potest: Fors tamen ibi scribendum κλέος μάλα θάρσος ὀπάζει. Illud ἐμοῖς ἐπὶ γούνασι κεῖτο etiam explanare potest superius ἔχον ὑπὸ χείρεσι θυμὸν V. 141. Lib. 9. Ut dixi, senes in manibus habebant animum & fiduciam, quæ nulla in genubus. *Pauw.*

269. Θαρσαλέως θάρσος δὲ θεὸς,

Ως φάμενον, προσέειπε πάϊς ξανθοῦ Αχιλῆος·
Ω Νέστωρ, σὺ μὲν ἐπὶ νόῳ προφερέστερος ἀνδρῶν
Πάντων· ἀλλά σε γῆρας ἀμείλιχον ἀμφιμέμαρψεν·
Οὐδέ τις ἐμπεδός ἐστι βίη χατέοντι πόνοιο·
Τῷ σε χρὴ Τενέδοιο πρὸς ἠόνας ἀπονέεσθαι·
Ες δὲ λόχον νέοι ἄνδρες, ἐθ' ὑσμίνης ἀκόρητοι,
Βησόμεθ', ὡς σὺ γεραιὲ λιλαιομένοις ἐπιτέλλεις.
Ως φάτο· τῷ δ' ἄγχιστα κιὼν Νηλήϊος υἱὸς,
Αμφοτέρας οἱ ἔχυσε χεῖρας, κεφαλήν τ' ἐφύπερθεν,
Οὔνεχ' ὑπέσχετο πρῶτος ἐς εὐρέα δύμεναι ἵππον
Αὐτὸς, ὃν οὔτι κέλευε γεραίτερον ἔντοθι μίμνειν
Αλλοις σὺν Δαναοῖσιν· ἐέλδετο γὰρ πονέεσθαι·
Καί ῥά μιν ἰωχμοῖο λιλαιόμενον, προσέειπεν·
Εσσὶ πατρὸς κείνοιο βίη, καὶ ἐΰφρονι μύθῳ,
Αντιθέου Αχιλῆος· ἔολπα δὲ σῇσι χέρεσσιν
Αργείους Πριάμοιο διαπραθέειν κλυτὸν ἄστυ·
Οφὲ δ' ἀρ ἐκ καμάτοιο μέγα κλέος ἔσσεται ἡμῖν,
Πολλὰ πονησαμένοισι κατὰ κλόνον ἄλγεα λυγρά·
Αλγεα μὲν περὶ ποσσὶ θεοὶ θέσαν ἀνθρώποισιν,
Εσθλὰ πολλὸν ἄπωθε· πόνον δέ γε μέσσον ἔλασσαν·
Τοὔνεκα ῥηϊδίη μὲν ἐς ἀργαλέην κακότητα
Αἰζηοῖσι κέλευθος, ἀνιηρὴ δ' ἐπὶ κῦδος,
Μέσφ' ὅτε τις στονόεντα πόνον διὰ ποσσὶ περήσει.

Ως

θεὸς, καὶ κῦδος ἐκάστοις] Poſt Θαρσαλίως hic longe rectius legeretur κάρτος δὲ θεὸς &c. Vident omnes, qui oculis non ſunt capti. *Pauw.*

271. Ω Νέστωρ, σὺ μὲν ἐπὶ νόῳ προφερέστερος] μὲν ἐστὶ νόῳ. *Rhod.*

272. γῆρας ἀμείλιχον ἀμφιμέμαρψεν] ἀμφιμέμαρπτεν. *Rhod.*

274. Τῷ σε χρὴ Τενέδοιο πρὸς ἠόνας ἀπονέεσθαι] Verſus peſſime laborat: Scribe, Τῷ σε χρὴ Τενέδοιο πρὸς ἠϊόνας ἀπονεῖσθαι. *Pauw.*

278. Αμφοτέρας οἱ ἔχυτε χεῖρας] Verſus requirit χέρας. *Pauw.*

280. ὃν οὔτι κέλευε γεραίτερον ἔντοθι μίμνειν] κέλευε γεραίτερος. *Rhod.* γεραίτερος rectum eſt, ſed locum non efficit ſatis rectum,

Sic orantem compellat rufi Achillis filius.
Mi Neſtor, ſapientia quidem præcellis viros
Omnes, verum aſpera te ſenectus occupavit,
Nec res gerendas affectanti vires ſatis firmæ ſuppetunt.
Quapropter ad Tenedi te littora ſecedere oportet;
Nos autem juvenes, necdum pugnando ſaturati, ad
inſidias
Nos conferemus; ut tu ſenior cupientibus præcipis.
Sic fatur. Ad eum igitur proxime accedens Nelcia
proles,
Ambas ipſius manus & caput deſuper oſculatur:
Quod princeps amplum ſe equum ſubiturum
Receperat. Quem ſenior nequaquam foris manere juſſit,
Cum cæteris Danais: Laboris enim deſiderio tenebatur.
Ideo belli cupidum ſic alloquitur.
Patris illius ſoboles es tum viribus, tum cordata oratione,
Achillis divini: proinde tuis manibus ſpero
Argivos inclytam Priami urbem expugnaturos eſſe.
Tandem vero ex labore ingens vobis gloria continget,
Multis exhauſtis moleſtiis & ærumnis acerbis in con-
flictu.
Incommoda enim ante pedes Dii hominibus poſuerunt:
Sed commoda admodum procul: inque medio labo-
rem obtenderunt.
Ideo facilis eſt & plana ad triſtem improbitatem
Juvenibus via, ſed moleſta ad gloriam;
Donec quis acerbum laborem pedibus ſuperarit.

Sic

ctum, ſi attendas: Scribendum puto:

Αὐτὰς, ὃν οὔτι χίλιοι γιγαίτερος ἔνδοθι βαίνειν,
Ἀλλοῖς σὺν Δαναοῖσιν· ἴέλδετο γὰρ πονέεσθαι·

Cum pro *ἔνδοθι* ſcriptum fuit *ἄκτοθι*, ſtatim *βαίνειν* in *μίμνειν* tranſire debuit. *Pauw.*

286. *Οψὲ δ' ἄρ' ἐκ κακότητος μέγα κλέος ἔσσεται ἡμῖν*] Ita recte Aldus: Baſileenſes male *ἔσσεται ὑμῖν*: quos in Contextu & Verſione ſua ſecutus eſt Rhodomannus. *Pauw.*

288. *Ἀλγεα μὲν περὶ πᾶσι θεοὶ θέσαν*] Rectius *παρὰ πᾶσι*. *Rhod.*

289. *Εὐθλὰ πολλὸν ἄπωθε*] *Εὐθλὰ δὲ πολλὸν ἄπωθε. Rhod.*

292. *πόνον διὰ πᾶσι περήσει*] *περήσῃ. Rhod.*

300

Ὡς φάτο· τὸν δ' Ἀχιλῆος ἀμείβετο κύδιμος υἱός·
Ὦ γέρον, ὡς σύγ' ἔολπας ἐνὶ Φρεσὶ, τοῦτο πέλοιτο
Ἡμιν εὐχομένοισιν, ἐπεὶ πολὺ λώϊον οὕτως·
Εἰ δ' ἑτέρως ἐθέλουσι θεοὶ, καὶ τοῦτο τετύχθω·
Βουλοίμην δ' ὑπ' Ἀρηϊ ἐϋκλειῶς ἀπολέσθαι,
Ἠὲ φυγὼν Τροίηθεν, ὀνείδεα πολλὰ φέρεσθαι.
Ὡς εἰπὼν, ὤμοισι κατ' ἄμβροτα θήκατο τεύχη
Πατρὸς ἑοῦ· τοί δ' αἶψα καὶ αὐτοὶ θωρήχθησαν
Ἡρώων οἱ ἄριστοι, ὅσοις θρασὺς ἔπλετο θυμὸς·
Τούς μοι νῦν καθ' ἕκαστον ἀνειρομένῳ σάφα Μοῦσαι
Εσπεθ', ὅσοι κατέβησαν ἔσω πολυχανδέος ἵππου·
Υμεῖς γὰρ πᾶσαν μοι ἐνὶ φρεσὶ θήκατ' ἀοιδὴν,
Πρίν μοι ἀμφὶ παρειᾷ κατασκίδνασθαι ἴουλον,
Σμύρνης ἐν δαπέδοισι περικλυτὰ μῆλα νέμοντι,
Τρὶς τόσον Ερμοῦ ἄπωθεν, ὅσον βοόωντος ἀκοῦσαι,
Αρτέμιδος περὶ νηὸν ἐλευθερίῳ ἐνὶ κήπῳ,
Οὔρεϊ οὔτε λίην χθαμαλῷ, οὔθ' ὑψόθι πολλῷ·
Πρῶτος μὲν κατέβαινεν ἐς ἵππον κητώεντα
Υἱὸς Αχιλλῆος, σὺν δ' ὁ κρατερὸς Μενέλαος,

Hδ'

300. Πατρὸς ἑοῦ· τοί δ' αἶψα καὶ αὐτοὶ θωρήχθησαν] Versus ingratus: An tamen mavis, αὐτοὶ ἐθωρήχθησαν? *Pauw.*

305. Πρίν μοι ἀμφὶ παρειᾷ κατασκίδνασθαι ἴουλον] παρειᾷ ἀνασκίδνασθαι ἴουλον. vel παρείᾳ κατὰ συνίζησιν: cujus tamen Atticum παρεῖα esse potest. Sed ego contentus sum castigatione prima. *Rhod.* Castigo: ἀμφὶ παρειάδ' ἀνασκίδνασθαι ἴουλον. *Dausq.* Si παρεῖα pro παρείᾳ alicubi extaret, in lectione illa ne literam mutans acquiescerem: Nunc vocem ita inflexam non reperiens, cum Rhodomanno haud invitus scribo, ἀμφὶ παρειᾷ ἀνασκίδνασθαι ἴουλον: quanquam κατασκίδνασθαι sane accommodatius est, quam ἀνασκίδνασθαι: Id certum. Et quid tamen prohibet, quominus Analogiam sequamur Linguæ, & ubi παρείου habemus, similiter non admittamus παρεῖου? Certe ubi ad κατασκίδνασθαι attendo, in id inclino plane, & locum hunc vocem ita inflexam nobis exhibere suspicor. Dausqueji παρειάδα pro gena, suspectum est valde, ut sciunt Græce docti: παρειὰ eo significatu genuinum est &

Sic ait, cui præclarus Achillis filius respondit.
O senior, quod tu animo tuo speras, id eveniat
Nobis exoptantibus. Nam ita fieri multo conducibilius,
Quod si aliter Diis visum est, & hoc fiat.
Malim autem ego glorioſam in bello mortem oppetere,
Quam a Troja fugiendo multum reportare ignominiæ
atque probri.
Sic fatus cæleſtia humeris apposuit arma
Parentis sui, statimque & cæteri seſe armarunt
Inter heroas optimi, quibus animus erat audentior.
Quos mihi nunc singulatim exquirenti, Musæ perspicue
Recensete, quotquot in multicapacem equum conscen-
derunt.
Nam vos omnigenum animo meo carmen indidistis,
Antequam mihi circa genas lanugo spargeretur,
In campis Smyrnæ inclytas oves pascenti,
Ter tanto ab Hermo fluvio spacio, quanto vociferantem
audias,
Prope Dianæ templum, in libero horto,
Monte nec nimis humili, nec in altum nimis porrecto,
Princeps equidem in vastum ascendit equum
Filius Achillis, unaque fortis Menelaus,

Et

notum. *Pauw.*

306. *Σμύρνης ἐν δαπέδοισι περικλυτὰ μῆλα νέμοντι*] Rhodomannus per *μῆλα* hic discipulos intelligit, & auditorio præfuisse existimat Quintum: An vere, dubito; quia de ea ætate loquitur Auctor, quæ docendo nondum apta esse solet. Ego proprie verba accipere malo; & per oves inclytas intelligo eas, quæ ad templum Dianæ pertinebant jure proprio: Scis animalia sacra, & in usus sacros, fuisse intra templorum septa: Hisce præfuit Quintus, eaque pascens didicit artem Poeticam, ejusque prima posuit tyrocinia: Sic singula pulchre sibi constant. *Pauw.*

308. *ἐλευθερίῳ ἐνὶ κήπῳ*] In horto venusto, & cujus facies erat amœna & liberalis. *Pauw.*

309. *οὔθ' ὑψόθι πολλῷ*] Hoc parum respondet præcedenti *οὔτε λίην χθαμαλῷ*: Nam *ὑψόθι* adverbium est, non adjectivum, ut nemo nescit: Et sic asperius sane hic locutus est Quintus. An tamen scripsit fortasse ipse *οὔθ' ὑψοῦ πολλῷ*? Id certe ad *χθαμαλῷ* propius accederet. Nihil tamen affirmo. *Pauw.*

317

Ηδ' Οδυσεὺς, Σθένελός τε, καὶ ἀντίθεος Διομήδης·
Βῆ δὲ Φιλοκτήτης τε, καὶ Αντικλος, ἠδὲ Μενεσθεὺς·
Σὺν δὲ Θόας ἐρίθυμος, ἰδὲ ξανθὸς Πολυποίτης·
Αἴας τ', Εὐρύπυλός τε, καὶ ἰσόθεος Θρασυμήδης·
Μηριόνης τε, καὶ Ιδομενεὺς, ἀριδεικέτω ἄμφω·
Σὺν δ' ἀρ ἐϋμελίης Ποδαλείριος, Εὐρύμαχός τε,
Τεῦκρός τ' ἀντίθεος, καὶ Ιαλμενὸς ὀμβριμόθυμος,
Θάλπιος, Αντιλοχός τε, μενεπτόλεμός τε Λεοντεὺς·
Σὺν δ' Εὔμηλος ἔβη θεοείκελος, Εὐρύαλός τε,
Δημοφόων τε, καὶ Αμφίμαχος, κρατερός τ' Αγαπήνωρ·
Σὺν δ' Αχάμας τε, Μέγης τε κρατεοῦ Φιλέος υἱὸς·
Αλλοι δ' αὖ κατέβαινον, ὅσοι ἔσαν ἔξοχ' ἄριστοι,
Οσσους χάνδανεν ἵππος. *
Ιππον ἔτευξεν· ἐπίστατο δ' ᾧ ἐνὶ θυμῷ
Η μὲν ἀνοίξαι κείνους πτύχας, ἠδ' ἐπερεῖσαι·
Τοὔνεκα δὴ πάντων βῆ δεύτατος· ἔρυσε δ' εἴσω
Κλίμακας, ἧς ἀνέβησαν· ὅ δ' αὖ μάλα πάντ' ἐπιέρσας,
Αὐτοῦ περὶ κληῖδι καθέζετο· τοὶ δὲ σιωπῇ
Πάντες ἔσαν, μεσσηγὺς ὁμῶς καὶ ὀλέθρου *
Οἱ δ' ἄλλοι νήεσσιν ἐπέπλεον εὐρέα πόντον,

Es

317. Σὺν δ' ἄρ ἐϋμελίης Ποδαλείριος] ἰϋμμελίης. *Pauw.*

322. Μέγης τε κρατεῦ Φιλέος υἱὸς] κρατεαὶ Φυλέος. *Rhod.*

323. Αλλοι δ' αὖ κατέβαινον &c.] Si plures Heroas non enumeraverit Quintus, quam novem & viginti, quorum nomina præcedunt, non video, cur Muſas ita operoſe invocaverit. An plura interciderunt hic? Poteſt; nec tamen id admodum probabile. Illud credo; poſt ἔξοχ' ἄριστοι deeſſe etiam aliqua: Nam ὅσοι ἔσαν præcedens, vix patitur, ut ὅσσους χάνδανεν ſecutum fuerit: Niſi voculas geminaſſe velis Auctorem geminando aſſuetum: Quanquam hæc geminatio ſane nimia. Vide & perpende ſingula. *Pauw.*

324. χάνδανεν ἵππος] Luxata hic ſunt exemplaria. Tale autem quid ad ſenſum abſolvendum deeſſe arbitror, Οσσους χάνδανεν ἵππος· ἔβη δ' ἐπὶ τοῖσιν Επειὸς, Ος μίγας ἵππου ἔτευξεν &c. *Rhod.*

326. Η μὲν ἀνοῖξαι κείνους πτύχας, ἠδ' ἐπερεῖσαι] κείνας πτύχας

Et Ulyſſes, Sthenelusque, ac divinus Diomedes.
Acceſſit etiam Philoctetes, & Anticlus; & Meneſtheus,
Simulque Thoas animoſus, & rufus Polypoetes,
Ajaxque, Eurypylusque, & par Deo Thraſymedes:
Merionesque, & Idomeneus, ambo apprime illuſtres:
Et cum illis Podalirius haſta bonus, Eurymachusque,
Teucerque fortis, & Jalmenus magnanimus,
Thalpius, Antilochusque, bellaxque Leonteus:
Et una Eumelus introiit Deo ſimilis, Euryalusque
Demophoonque, & Amphimachus, validusque Agapenor:
Nec non Acamas, & Meges fortis Phylei natus;
Alii denique intrarunt, qui longe optimi erant;
Quot (videlicet) equus capiebat: poſt quos ſubiit etiam Epeus,
Qui magnum equum fabricarat, & ſolertia ſua noverat
Tum aperire, tum claudere illius (equi) receſſus.
Propterea omnium poſtremus ingreſſus eſt, & intro attraxit
Scalas, quibus aſcenderant. Tandem ipſe omnibus probe occluſis,
Juxta clauſtra inibi conſedit: cæteri autem taciti
Erant omnes, inter vitam & mortem (conſtituti).
Aſt alii navibus latum mare ſulcabant,

Suis

χας. *Rhod.* Unde hic τὸ ω? Piſides aliter:

Ὁ τῆς ὄιν πρὶν διαιτοῖξας τὸ σόμα.

Reſcribo: Η μὲν ἀνοῖξαι ἐκείνοιο πτύχας, ἠδ' ἐκρῖσαι. *Dausq.* Scribere ſufficit, Η μὲν ἀνοῖξαι κείνοιο πτύχας. *Pauw.*

327. ἴρυσι δ' εἴσω] εἴρυσι δ' εἴσω. *Rhod.*

328. ἕ δ' αὖ μάλα πάντ' ἐκτίρας] τῷ μάλα πάντ' ἐκρῖσας. *Rhod.* Rhodomannus ἐκρῖσας: Non male: Prætulerim tamen ἐκτίρξας: ἴργω idem, quod εἴργω: inde ἐκτίρξας. Pro αὖ ſine dubio legendum eſt ῥ̄. *Pauw.*

329. Αὐτῷ περὶ κληῖδι καθίζετο] Αὐτῷ πὰρ κληῖδι. *Rhod.*

330. μετοπίσθε ἑμῶς καὶ ὀλέσθαι] μετοπίσθε. ἑμῶς βιότῳ καὶ ὀλέσθαι. *Rhod.* βιότῳ intercidit mea etiam opinione, ſed poſt ἴσαν intercidiſſe credere malo, quam poſt. ἑμῶς: Πάντες ἴσαν. βιότῳ μετοπίσθε ἑμῶς καὶ ὀλέσθαι. *Pauw.*

Ες κλισίας πρήσαντες, ὅπη πάρος αὐτοὶ ἴαυον·
Τοῖσι δὲ κοιρανέοντες, δύω κρατερόφρονε φῶτε
Σήμαινον, Νέστωρ τε, καὶ αἰχμητὴς Ἀγαμέμνων·
Τοὺς δε, καὶ ἑλδομένους καταβήμεναι ἔνδοθεν ἵππου
Ἀργεῖοι κατέρυξαν, ἵν' ἐν νήεσσι μένοντες,
Ἄλλοις σημαίνωσιν, ἐπεὶ πολὺ λώϊον ἄνδρας
Ἔργῳ ἐποίχονται, ὁπότ' εἰσορόωσιν ἄνακτας·
Τοὔνεκ' ἄρ' ἔκτοθι μίμνον ἀριστῆες παρεόντες·
Οἱ δὲ θοῶς ἀφίκοντο πρὸς ἠόνας Γενέθλιο·
Ἰύνας δ' ἔνθ' ἔβαλον κατὰ βένθος· ἐκ δ' ἔβαν αὐτοὶ
Νηῶν ἐσσυμένως· ἀπὸ δ' ἔκτοθι πείσματ' ἔδησαν
Ἠιόνων· αὐτοὶ δὲ παρ' αὐτόθι μίμνον ἔκηλοι,
Δέγμενοι ὁππότε πυρσὸς ἐελδομένοισι φανείη·
Οἱ δ' ἄρ ἐν ἵππῳ ἔσαν δηίων σχεδόν· ἄλλοτε μέν που
Φθείσθαι ὀϊόμενοι, ὁτὲ δ' ἱερὸν ἄστυ δαίξαι·
Καὶ τὰ μὲν ἐλπομένοισιν ἐπήλυδεν ἠριγένεια·
Τρῶες δ' εἰσενόησαν ἐπ' ἠόσιν Ἑλλησπόντου
Καπνὸν ἔτ' ἀΐσσοντα δι' ἠέρος· οὐδ' ἄρα νῆας
Δέρκοντ', αἴ σφιν ἔνειχαν ἀφ' Ἑλλάδος αἰνὸν ὄλεθρον·
Γηθόσυνοι δ' ἄρα πάντες ἐπέδραμον αἰγιαλοῖσι,
Τεύχη ἐφεσσάμενοι· ἔτι γὰρ δέος ἄμφιχε θυμόν·
Ἵππον δ' εἰσενόησαν ἐΰξοον· ἀμφὶ δ' ἄρ αὐτῷ
Θάμβεον ἑσταότες· μάλα γὰρ μέγα ἔργον ἐτύχθη·
Ἀγχόθι δ' αὖτε Σίνωνα δυσάμμορον εἰσενόησαν·

Καί

332. Ες κλισίας πρήσαντες] Ας κλισίας πρήσαντες. *Rhod.*

333. Τοῖσι δὲ κοιρανέοντες, δύω] κοιρανέοντε, δύω. *Rhod.*

340. ἀφίκοντο πρὸς ἠόνας Τενέθλιο] πρὸς ἠόνας Τενέδοιο. *Rhod.*

341. Ἰύνας δ' ἔνθ' ἔβαλον κατὰ βένθος] ἔβαλον κατὰ βένθος. *Rhod.*

348. Τρῶες δ' εἰσενόησαν — Καπνὸν ἔτ' ἀΐσσοντα δι' ἠέρος] ἰκαΐσσοντα. *Rhod.* Flamma jam languerat, aut etiam nulladum erat: fumus tamen adhuc sublime ferebatur. Hæc Calabromens. Non placet Rhodomannus scribens ἰκαΐσσοντα: quia rerum constantiam labefacit. *Dausq.* Rhodomanni ἰκαΐσσοντα ego etiam non probo: Nam

NOX

Suis tentoriis incensis, ubi antea ipsis quies nocturna fuerat.
Quibus cum imperio duo fortes viri
Præerant, Nestor & hastipotens Agamemnon.
Hos enim, quantumvis cupidos equum ingrediendi,
Argivi retinuerant, ut in navibus manentes
Aliis imperarent. Nam longe melius homines
Opus aggrediuntur, quando principes in conspectu habent.
Ideo licet primarii essent, foris tamen manebant.
Mature igitur delati sunt ad littora Tenedi,
Ubi ancoras dejiciunt in profundum, ipsique exscendunt
E navibus propere, & retinacula alligant
Littori, ibique subsistunt quieti,
Præstolantes tantisper, dum fax desiderantibus ostenderetur.
Equo autem inclusi prope hostem erant, modo
De se actum esse putantes, modo se urbem sacram excisuros.
Atque hæc sperantibus aurora supervenit.
Cæterum Troës animadvertunt in littore Hellesponti
Fumum, adhuc attollentem se per aëra, neque naves
Vident, quæ funestum ex Græcia interitum eis attulerant:
Cuncti igitur hilares ad littus procurrunt,
Armis induti. Nam adhuc metus animos obtinebat:
Tum equum probe politum conspiciunt, & juxta illum
Resistentes stupent. Nam opus erat immane.
Infelicem etiam Sinonem in propinquo vident,

Atque

nox integra Interceſſerat, ut ex Verſu præcedenti apparet, & cum ſub veſperam caſtra incendiſſent Græci, poſt ſolem demum exortum fumum hunc attentius conſiderarunt Troës: Quare ἔτι, ſi ad narrationis ſeriem attendas, quantivis pretii revera eſt. Dausqueius pro more ſuo ambigue & obſcure. *Pauw.*

355. Σίνων δυσάμμορος ἱστανόησαν] Hic tertia vice recurrit ἱστανόησαν: Nam ἱστανόησαν κατὰν, & ἱστανόησαν ἴκτην præceſſit. Sed an forte loco medio ſcri-

Καί μιν ἀπειρόμενοι Δαναῶν ὕπερ, ἄλλοθεν ἄλλος
Μέσσον ἐχυκλώσαντο περισταδόν· ἀμφὶ δὲ μύθοις
Μελιχίοις εἴροντο πάρος· μετέπειτα δ' ὁμοκλῇ
Σμερδαλέῃ· καὶ πολλὰ δολόφρονα φῶτα δάϊζον
Πολλὸν ἐπὶ χρόνον αἰέν· ὃ δ' ἔμπεδον ἠύτε πέτρη
Μίμνεν, ἀτειρέα γυῖ' ἐπιειμένος· ὀψὲ δ' ἄρ' αὐτοῦ
Οὔαθ' ὁμῶς, καὶ ῥῖνας ἀπὸ μελέων ἐτάμοντο,
Πάμπαν ἀεικίζοντες, ὅπως νημερτέα εἴπῃ,
Ὁππως βὰν Δαναοὶ σὺν νήεσιν, ἠδὲ καὶ ἵππος
Ἐνδον ἐρητύεσκεν· ὃ δ' ἐνθέμενος Φρεσὶ κάρτος,
Τοῖα δ' ἀρ' ἐν μέσσοισι δολοφρονέων ἀγόρευεν·
Ἀργεῖοι μὲν νηυσὶν ὑπὲρ πόντοιο φέβονται,
Μακρῷ ἀκηδήσαντες ἐπὶ πτολέμῳ ἀνίῃ·
Κάλχαντος δ' ἰότητι, δαΐφρονι Γριτογενείῃ
Ἵππον ἐτεκτήναντο, θεῆς χόλον ὄφρ' ἀλέωνται,
Πάγχυ κοτεσσαμένης Τρώων ὕπερ· ἀμφὶ δὲ νόστου
Ἐννεσίῃ Ὀδυσῆος ἐμοὶ μενέαινον ὄλεθρον,
Ὄφρα με δηώσωσι, δυσηχέος ἄγχι θαλάσσης,
Δαίμοσιν εἰναλίοις· ἐμὲ δ' οὐ λάθον, ἀλλ' ἀλεγεινὰς
Σπονδάς τ', οὐλοχύτας τε μάλ' ἐσσυμένως ὑπαλύξας,
Ἀθανάτων βουλῇσι παραὶ ποσὶ κάππεσον ἵππου·
Οἱ δὲ, καὶ οὐκ ἐθέλοντες, ἀναγκαίῃ με λίποντο,
Ἀζόμενοι Διὸς μεγάλου κρατερόφρονα κούρην.
Ὡς φάτο κερδοσύνῃσι· καὶ οὐ κάμεν ἄλγεσι θυμὸν·

Ar-

scribendum, ἵππον εἰσορόωσιν? Fac, quod lubet: Ego nihil affevero. *Pauw.*

360. Πολλὸν ἐπὶ χρόνον] Hoc polit πολλὰ Scholaſtici ingenium & acumen iterum prodit. *Pauw.*

363. ὅπως νημερτέα εἴπῃ, Ὁππως] Vide repetitum ὅπως & ὅππως, quæ licet ſignificatione diſcrepent, ita ſane non jungerent politiores. *Pauw.*

364. ἠδὲ καὶ ἵππος Ἐνδον ἐρητύεσκεν] ἤτι καὶ, vel εἴτι καὶ. *Rhod.* Rhodomannus perperam & incongrue: Scribendum ſuſpicor, ἠδέ τι ἵππος Ἐνδον ἐρητύεσκεν. *Pauw.*

368. Μακρῷ ἀκηδήσαντες ἐπὶ πτολέμῳ ἀνίῃ] Μακρῷ ἀκηδέσαντες

Atque ſcitantes ex illo de Danais (Græcis,) ex alia parte alius
In medio circumſtando includunt: blandisque hinc inde
Verbis initio rogitant; ſed poſt ea increpatione
Terribili; flagris etiam multis fallacem virum inceſſunt
Ad ſatis longum tempus. Is vero immotus tanquam ſaxum
Permanet, indefeſſa membra gerens. Tandem illi
Aures ſimul & nares a membris reſecant,
Plane deformantes; ut veritatem eloquatur,
Quo pacto Danai cum navibus avecti ſint, & num equus aliquid
Incluſum geſtet. Is vero viribus animo ſumtis,
Talia in medio, dolos nectens profatur.
Argivi equidem cum claſſe trans mare fugiunt,
Propter bellum diuturnum mœrore confecti:
Sed Calchantis monitu Minervæ bellicoſæ
Equum fabricarunt; ut Deæ iram placarent,
Graviter offenſæ propter Trojanos; pro reditu autem felici,
Necem mihi Vlyſſis conſilio, intentabant,
Quo me undiſonum prope ſalum hoſtium ritu mactarent
Diis marinis: me tamen non fefellerunt; ſed e triſtibus
Libaminibus molisque ſalſis citato curſu elapſus,
Divum conſilio, ad pedes equi me abjeci.
Illi igitur inviti, neceſſitate (religionis adacti) me reliquerunt,
Cum fortem Jovis magni filiam revererentur.
Sic doloſe memorat, nec animum propter dolores deſpondet.

For-

τες ἐπὶ πτολίμοιο ἀυλῇ. Brodæus inter πτολίμῳ & ἀυλῇ interponit καὶ. *Rhod.* Recte Rhodomannus. *Pauw.*

370. Ἵππον ἐτεκτήναντο] Aldina & Baſileenſis perperam ἵππων: quod in Contextu & Notis correxit Rhodomannus. *Pauw.*

378. Ἀζόμενοι Διὸς μεγάλω κρατερόφρονα κούρην] Ἀζόμενοι μεγάλοιο Διὸς. *Rhod.* Rhodomannus non male μεγάλοιο Διὸς: Præſtat tamen fortaſſe,

Ανδρὸς γὰρ κρατερῆιο κακὴν ὑποτλῆναι ἀνάγκην·
Τῶν οἱ μὲν πεπίθοντο κατὰ στρατὸν· οἱ δ' ἄρ' ἔφαντο
Ἐμμεναι ἱπεροπῆα πολύτροπον, οἷς ἄρα βουλὴ
Ἡδανε Λαοκόωντος· ὁ γὰρ πεπνυμένα βάζων,
Φῆ δόλον ἔμμεναι αἰνὸν ὑπ' ἐννεσίῃσιν Ἀχαιῶν·
Πάντας δ' ὀτρύνεσκε θοῶς ἐμπρῆσαι μὲν ἵππον,
Ἵππον δουράτεον, καὶ γνῶναι εἴ τι κεκεύθε·
Καὶ νύ κέ οἱ πεπίθοντο, καὶ ἐξήλυξαν ὄλεθρον,
Εἰ μὴ Τριτογένεια, κοτεσσαμένη περὶ θυμῷ
Αὐτῷ, καὶ Γρηέσσι, καὶ ἄστεϊ, γαῖαν ἔνερθεν
Θεσπεσίην ἐλέλιξεν ὑπαὶ ποσὶ Λαοκόωντος·
Τῷ δ' ἄφαρ ἔμπεσε δείμα· τρόμος δ' ἀμφέχλασε γυῖα
Ἀνδρὸς ὑπερθύμοια· μέλαινα δέ οἱ περὶ κρατὶ
Νὺξ ἐξεχύθη· στυγερὸν δὲ κατὰ βλεφάρων πέσεν ἄλγος·
